arca (-cha), -ae *f.* **I** *strictius i. q. cista, capsa, scrinium, vas – Kiste, Truhe, Schrein, Behälter:* **A** *proprie de receptaculo:* **1** *pecuniae, rerum pretiosarum:* Hraban. carm. 11,47 cum gazas gestet in -a. Notker. Balb. gest. 1,28 p. 39,4 cum ... preciosiora quęque in -is (archis *var. l.*) vel scriniis absconsa concluderet. Hariulf. chron. 3,28 p. 164,2 erat ei in monasterio sancti Richarii -a, ob tutelam scilicet quarumque rerum pretiosarum. Chron. Laet. 11 custos ... per singulas curtes archam suam locabat, in cuius fronte sculptum erat 'elemosina'. Chart. Tirol. notar. I 335 dare bonum pignus de archa. Chron. rhythm. Col. 4,36 archarum sunt ... milia plena. *al. proverb.:* Nivard. Ysengr. 4,439 vox iuvenum vento, seniorum traditur archę. *meton. i. q. fiscus – Staatskasse:* Leg. Wisig. 5,4,19 in -a publica functionem exolvere. **2** *vestimentorum sim.:* Vita Galli I 9 uxor ... posuit *tortam ceram* in -am suam inter alia linteamina. Rud. Trud. gest. 6,4 habebant ... pro lectis ligneis -as seratas, in quibus surgentes lectisternia sua obfirmabant. **3** *librorum, chartarum (interdum i. q. armarium – Archiv):* Aldh. ad Acirc. 89 -a (archa *var. l.*) libraria ([Gloss. II 9,64 St.-S. poharacha]. *cf.* Catal. biblioth. Lehm. I 75 p. 412,31 libros ... in predicta archa reconditos). Form. Turon. add. 5 p. 161,23 ut gesta ex hoc conscripta ... in -is publicis memoranda servetur. Chart. com. Mansf. VIII 8 p. 542,9sq. sigillum ecclesie in archa communi reponatur, cuius arche unam clavem prepositus habeat *eqs.* Chart. Basil. A II 215 p. 274,33 hoc ... scriptum ... in archa nostra publica conservetur. **4** *pignorum foederis Dei ('Bundeslade'):* Aldh. virg. II 1358 -a Dei (Hraban. carm. 16,71sq. Ekkeh. IV. pict. Mog. 415). Rud. Fuld. mirac. 3 p. 333,11 sanctorum ossa ... in -a, quam ad instar -ae foederis Dei ... posuerat, condidit. Statut. ord. Teut. p. 54,3 in archa testamenti reposita pariter virga et manna. *al. per compar.:* Ruotg. Brun. 8 p. 9,10 bibliothecam suam sicut -am dominicam circumduxit. *alleg.:* Hraban. carm. 16,54 ecclesia et Christo -a Dei tegitur. Alex. Min. apoc. 12 p. 256,2 Christus, qui est -a testamenti. Albert. M. sacram. 73 p. 52,1 -a ... significat eucharistiam. p. 52,28 -a ... significat uterum beatae virginis. **5** *mortuorum, reliquiarum i. q. sarcophagus, acerra – Sarg, Reliquienschrein:* Vita Galli I 5 imposuerunt -am ipsius in feretro. Trad. Frising. 300 ante ... archa sancti Corbiniani. Heito Wett. 9 in -a plumbea (Walahfr. Wett. 372. Caes. Heist. Elis. II 4 p. 387,7. *al.*). Rud. Fuld. mirac. 3 p. 332,49 in -a saxea inclusis eorum *(martyrum)* plumbeis loculis (14 p. 339,31 in -a s., quam etiam ligno circumdatam auri argentique metallo decenter ornavit. Iso

[Ladner]

Otm. 2,2 p. 53b,13). Gerh. August. Udalr. I 14 p. 403,45 -am aptam componere ad cooperiendum corpus in sepulchro. Theod. Trev. transl. Celsi 20 Celsi ossa . . . sunt . . . in -a gestatoria collocata. Vita Bonif. II 10 p. 102,5 vestimenta *Bonifatii* . . . in -a lignea iacent. Rituale Flor. p. 33,26 duo presbiteri tollant -am cum reliquiis. *saepe. v. et p. 872,57.* 6 *variarum rerum:* Haimo (?) Wilh. 15 aperta archa *frumenti.* Albert. M. animal. 16,115 facere -am (*p. 743a,25* κιβωτόν) ex lignis. *al. v. et p. 874,53.* **B** *translate:* Arbeo Emm. 40 cum lacrimis ex himo cordis -ae indesinenter Deo fundebat preces (Erchemb. Cas. hist. 68). Unibos 132,2 (ed. K. Langosch, Waltharius, Ruodlieb, Märchenepen. p. 284) huius sub pelle bestiae -a latet laetitiae. Chart. Stir. IV 4 scripture, que est archa memorie. Albert. M. animal. 12,91 cerebrum est -a virtutum (12,114).

II *latius:* **A** *cella – Kammer:* **1** *techn.:* **a** *camera subaquanea – Caisson:* Compos. Luc. fragm. 2 facis -am triangulam (*cf.* 4). **b** *camera ad vitrum conflandum apta – Kammer zum Glasschmelzen:* Heraclius II 7 p. 57,1 super fundamentum furni incipies facere tres mansiunculas, quae archae nominantur *eqs.* **2** *anat. i. q. atrium cordis – Herzvorhof (cf. l. 10):* Ps. Galen. anat. 4 p. 177A II -ae recipientes a vasis, deinde remittentes receptum. Albert. M. animal. 1,580 haec *duo additamenta cordis* . . . sunt duae archae, quae recipiunt (*cf.* 13,38). **B** *carcer – Kerker:* Arnulf. delic. 122 aula poli parvis, orci patet -a protervis. Nivard. Ysengr. 5,534 alii . . . latento post archam. 5,917. **C** *navis (a Noe constructa) – Arche (Noe):* Aethicus Ister 70 propter aedificium -ae Noe. Alcuin. carm. 115,10 Noe . . . sibi fabricat -am. *al. alleg., in imag., per compar.:* Hraban. univ. 17,2 p. 459C -a . . . ecclesiam demonstrabat, quae natat in fluctibus mundi huius (*cf.* carm. 16,22 ne in mundo pereant, -a pios revehit). Ermenr. ad Grim. 5 p. 539,35 portat . . . -a Noe sub figura ecclesiae et mitia et venenata animalia. Benzo ad Heinr. 1,28 eos expuli ab -a Petri. Chron. Andag. 90 p. 227,29 constat . . . eos eterne mortis diluvio involvi, qui extra archam catholice unitatis fuerint reperti. Magnus chron. a. 1169 p. 493,54 animabus . . . inibi velut in -am ingressis et aforis clausis. Alex. Min. apoc. 20 p. 437,10 ex -a Noe, id est curia summi pontificis. *al.* **D** *horreum – Speicher:* Chart. Argent. I 199 p. 162,7 (a. 1225) annuatim . . . fratres hospitalis dabunt de archa sua XVII quartalia. **E** *monumentum sepulchro superpositum – Grabmal:* Eigil Sturm. 20 super sepulcrum . . . Bonifacii auro argentoque compositam statuit -am, quam nos solemus requiem appellare. Walahfr. Gall. 2,2 desuper . . . -am altiorem construxit. Gesta Trev. cont. II 3 p. 376,49 quem *(Ivonem)* tandem tumulavit in ecclesia . . . sub -a meridionali. Leo Mars. chron. 3,26 p. 717,33 -am de Pario marmore. *al. confessio – Grabkammer:* Ord. coron. imp. 14,25 electus . . . et uxor eius prosternuntur ante archam beati Petri. **F** *signum terminale – Grenzzeichen (cf. Glossarium mediae Latinitatis Cataloniae. 1962. p. 133sqq.):* Leg. Wisig. 10,3,3 aggeres terre sive -as, quas propter fines fundorum antiquitus apparuerit fuisse coniectos adque constructas. Dipl. Karoli III. 148 p. 240,4 *(ex dipl. Karoli II.)* villam Baschara cum suis villaribus necnon et archas *(cf.* p. 239,34 areas *[i.* arcas *ci. ed.]).* **G** *pila pontis – Brückenpfeiler:* Notker. Balb. gest. 1,30 p. 40,25 -ę pontis Magontiacensis. **H** *saeptum – Wehr (cf.* Chart. Tirol. 54 p. 33,32 [a. 1030/39] piscium decipulam, que teutonice arch dicitur): Trad. Augiens. 103 (a. 1202) predia . . . una cum archa adiaciens Ovve yn Eno. **I** *radius (rotae) – Speiche:* Albert. M. Is. 40,22 p. 417,49 unam . . . -am rotae volubilis fortunae una manu elevat et alteram alia premit.

III *per confusionem ut vid.:* **A** **1** *area, platea – freie Fläche, Platz:* Ord. coron. imp. 19,3 processionaliter exiens usque ad suggestum arche, que est in capite graduum *(cf. p. 917,64. 918,19).* **2** *area, curtile – Hofstatt:* Cod. Lauresh. 3721d (a. 797) tradidit . . . de manso indominicato ad edificandam domum et -am construendam. **B** *arrha – Pfand:* Chart. Burgenl. 225d (a. 1235) in -am seu pignus gratie res . . . tibi concedimus hereditarie possidendas. *Ladner*

***arcadica** *v.* *marcasita.

arcanus (arch-), -a, -um. *form.* -nia: *l. 38.*

I *adi.:* **A** *celatus – heimlich:* Thietm. (?) chron. 5,18 archanas Sclavi insidias. Ekkeh. IV. bened. I 38,131 archani (gloss.: secreto passi) . . . martyris. Carm. Bur. B 105,11,1 res -a Veneris, virtutibus habenda. **B** *occultus, secretus, mysticus – verborgen, geheim, geheimnisvoll:* **1** *de Deo, cultu divino (cf.* Gloss. IV 3,1 St.-S. archana heilac kiruni): Aldh. epist. 5 p. 491,17 -a luce inormiter referti. Ruotg. Brun. 28 archano . . . Dei . . . consilio. Lamb. Hersf. Lull. 22 p. 337,2 de rebus tam archanis adeoque ab humana scientia remotis. *al.* **2** *de cogitationibus humanis sim.:* Form. Senon. I 27 archana cordis . . . plenitudo. Wandalb. creat. mund. 261 celsa capessunt *sensus* . . . -o . . . volatu. Thangm. Bernw. 27 p. 770,50 in archanum mentis secretarium. *al.*

II *subst. neutr. i. q. secretum – Geheimnis:* **A** *de Deo, cultu divino:* Liber diurn. 84 p. 97,11 incarnationis archanum. Aldh. virg. I 24 supernorum civium -a castis obtutibus contemplatur *Paulus.* Willib. Bonif. 2 p. 11,6 sacramentorum archana mysteriorumque abdita. Arbeo Emm. 2 praedicando sapientibus archana eructuans. Egbert. fec. rat. 1,910 archanum proferre Dei sanctissima virtus. *saepe.* **B** *de ritibus paganis:* Beda hist. eccl. 4,25 p. 169,22 plagam per incantationes vel filacteria vel alia quaelibet daemoniacae artis -a cohibere. Chron. Mont. Ser. a. 1185 incantationes et horribilia quedam archana. **C** *de cogitationibus humanis sim. (interdum i. q. intimum – das Innerste):* Aldh. virg. I 44 p. 297,16 abdita secretorum -a produntur Deo. Arbeo Emm. 17 ex archana cordis praetulerunt verba. Hraban. carm. 18,3 pectoris archanum. Thietm. chron. 6,10 reconditum zeli latitantis archanum. *al.* **D** *de scientiis:* Aldh. epist. 1 p. 478,4 tanta rerum -a *(sc. computum sim.)* examusim non posse intellegi, nisi *eqs. alch.:* Turba phil. 72 p. 169,29 plumbum aeris, in quo totum est -um. Geber. summ. 2,30 -um preciosissimum, quod est super omne huius mundi scientiarum -um. *al.* **E** *usu vario:* Aldh. virg. I 53 p. 310,18 futurorum . . . prodigiorum -is imbutum *Ioseph.* Aethicus Ister 90 p. 69,11 archania intima maris magni. Epist. Col. 9 p. 253,12 qui *(legati)* nostra *(sc. regis)* archana . . . vestrae *(sc. papae)* reserent pietati. *per compar.:* Thietm. chron. 8,11 ut optimi archanum thesauri crimen . . . celavi.

***arcarismum** *vel* **-us** (arch-), -i *n. vel m.* **1** *armarium – Archiv:* Gesta Tull. 43 p. 646,11 privilegium . . . papae, quod in sancti . . . Stephani retinetur archarismo (archarissimo *1*). **2** *sarcophagus – Sarg:* Gloss. III 382,56[20] St.-S. sarcophagum sarc, -um idem.

***arcarium** (arch-), -i *n. translate i. q. pars interior – innerer Teil:* Epist. Reinh. 71 Ungariorum gentem . . . Teutonici regni archarium ac penetrale, Galliam videlicet, Germaniam atque Italiam, . . . victores penetrasse. *Prinz*

1. arcarius (arch-), -i *m.* **1** *faber lignarius – Schreiner:* Albert. M. sent. 1,6,1 p. 199a,23 ut -us praemeditatur, in qua parte materiae arcae faciat fundum *eqs.* **2** *thesaurarius – Schatzmeister (cf.* Gloss. III 184,44 St.-S. erarius vel archarius drise kamerere): **a** *eccl.:* **α** *curiae Romanae (cf. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 201):* Ioh. VIII. epist. A 224 p. 200,1 Marinum . . . episcopum et -um sedis nostrę. Dipl. Otton. III. 278 p. 703,14 Leo, -us sanctę apostolicę sedis (*de eodem:* p. 700,27. 703,32. 339 p. 769,21). Liutpr. hist. 9 p. 166,5 Andreas -us. Leg. Lang. p. 664,20 tertius iudex est -us, qui praeest tributis (*cf.* p. 663,14. *v. et infra p. 877,24*). Ord. coron. imp. 14,1 recipitur . . . uxor eius *(imperatoris)* a dativo iudice et archario. Chart. Ital. Ficker 127 p. 169,4 ego Gregorius de Primicerio archarius iudex . . . confirmo. **β** *aliarum ecclesiarum:* Odo Glann. Maur. 29 Othbertus, qui eodem tempore ecclesiarum eiusdem loci -us erat. **b** *publ.:* Alcuin. epist. 111[tit.] regalis palatii -o Megenfrido. Chron. Median. 12 p. 92a,18 duo pondo auri appendit *coenobium* archariis gazae imperatoris. Chart. Babenb. 36 decrevimus *(sc. Heinricus dux)* burgensibus . . . remittere vinum . . . et quod pro ipso inferebatur archariis nostris. **3** *(arcae) custos – (Schreins-)Wächter (cf.* Gloss. I 261,1

[Ladner]

St.-S. -us muntporo. 27,11 archarius patronus): SIGARD. chron. a. 875 p. 156,17 qui *(episcopus)* corpus martiris ... Cremonam portavit et archarium instituit.

2. arcarius *v.* arcuarius.

Arcas (Arch-), -adis *m.* (Ἀρκάς) *Arcadiae incola – Arkadier (sc. de homine integro; cf. Verg. ecl. 7,4* -es ambo): CARM. de Cass. 73 -s mellifluus *(sc. Cassianus)*. 288 -es ambos (CARM. de Quint. 41). CARUS Clem. 96 pius Clemens, mitis, largissimus -s.

***arcator, arcatus** *v.* *arcuator, arcuo (-tus).

arcella (arch-), -ae *f. (parva) cista, (parvum) scrinium – (kleiner) Kasten, (kleiner) Schrein:* **1** *proprie de receptaculo:* **a** *pecuniae, rerum pretiosarum:* VITAE patr. Iur. 3,22 cellam, armarium -amve nullus illic omnino habuit umquam. HARIULF. chron. 3,28 p. 164,9 cum suam -am (arch- *var. l.*) ... Bernardus aperuisset (*syn.* arcae). CHRON. Ebersh. 35 p. 449,42 -e ... securibus effringuntur (*syn.* loculis). VITA Ermin. 26 in archellam oblationum mittere *nummum.* **b** *mortuorum, reliquiarum:* ORDO Rom. 23,15 ponunt eam *(crucem)* super -am. THEOD. TREV. transl. Celsi 17 glebam beati Celsi ... in -a quasi in quodam divinarum opum gazophylacio collocare. INVENT. sang. dom. (MGScript. XV p. 923,39) invenerunt ... marmoream -am *eqs.* ibid. p. 923,56 -am fabrefactam, plenam reliquiis sancti Oswaldi. **2** *translate:* ANNAL. Otak. a. 1271 p. 187,24 in -a memoriae ... verbum salutis conservare.

***arcellaris,** -e. *reliquiis condendis aptus – als Reliquiar dienend, Reliquien-:* ARNOLD. RATISB. Emm. 2,39 p. 568ª,32 sarcofago lapideo iussit -e vel sepulchrale scrinium inmitti ligneum.

arcellula, -ae *f. (parvum) scrinium – (kleiner) Schrein:* IOH. WIRZ. descr. 16 p. 165,5 sacrum divi Charitonis martyris corpus ... integrum in quadam lignea -a reconditum. *Ladner*

arcellus *v.* aucellus. **arcentella** *v.* argentilla.

arcenteria *v.* argentarius.

arceo, -ui, -itum *vel* artum, -ere. *script.* arch-: CONC. Merov. p. 93,12 *(var. l.). v. et l. 51. form. coniug. IV.:* -ire: GLOSS. I 26,7 St.-S. *v. et. l. 51.* -iri: CONC. Merov. p. 101,15. -iens: *l. 53.* -it: GLOSS. I 26,3 St.-S. *codd. a. b.* -ivit: GLOSS. II 248,32 St.-S.

1 *coercere, constringere – innehalten, zurückhalten:* **a** *proprie:* CONSTANT. AFRIC. grad. p. 365,9 fluxum sanguinis -et *balaustia.* ACTA imp. Winkelm. I 32 p. 23,25 fecerunt *murum* ... ad -endum flumen. **b** *translate:* **α** *regere – leiten:* WALAHFR. Wett. 49 cuncta sacris sub legibus -ens (gloss. R: constringens) *pater.* **β** *punire – bestrafen:* STATUT. ord. Teut. p. 79,42 articuli incidentem certo ... penitencie limite non -entes. **2** *abstinere, prohibere – fernhalten, hindern:* **a** *proprie:* CONC. Merov. p. 212,17 ut sacerdotes loci illos ... ab ipsis atriis vetare debiant et -ere (archire *AV*). ALDH. virg. II 1404 limpida sed tenebras -bant lumina furvas. RHYTHM. 149,99 nocturno tempore -iens membra mollimine. AGIUS vita Hath. 6 ut, cum a laneis ad carnem vestimentis ... alias -ret, ipsa laneum haberet. CHART. Raitenh. 96 p. 94,5 -entes ab eis violentorum ... oppressionem. *al. per compar.:* RUOTG. Brun. 37ex. ut quasi saga cilicina deforis violentiam tempestatum -rent. *expellere – vertreiben:* HRABAN. carm. 82,5,2 ex insanis foras -ent *Petrus et Marcellinus* vim horrendam daemonis. POETA Saxo 2,43 -endos ... regni de finibus hostes. **b** *translate:* RHYTHM. 1,4,2 per cultum artus *(Medardus)* igne mundi iugis pre vigiliis. ALDH. epist. 9 p. 501,7 quis ... labor existens ab illo vos antistite separans -at? EKKEH. IV. pict. Mog. 765 quibus *(carcere et morte)* -ar. *al. c. inf.:* AETHICUS ISTER 90 p. 69,17 nec me laudare -as ... Cyprum. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,95. **3** *inicere, immergere – hineinwerfen, versenken:* HUGEB. Willib. 4 p. 102,6 cum flamma proiectum atque in mare arcitum (coniectum *4*) et tunc iterum de mare proiectum in aridam *pumicem.*

***arceolus** (arces, arctolus, arsilûn) *subst.* (arcus) *pars sellae curvata – Sattelbogen:* GLOSS. III 623,16 St.-S. -us satilpogo (162,8 arces. 293,24 arctolus. 561,32 arsilûn). *ibid. al. v. et* 1. *arco.

arceotide, arceptis *v.* arceuthis.

arcersio *v.* arcesso. ***arces** *v.* *arceolus.

arcessio *vel* **accersio,** -onis *f.* **1** *advocatio – das Herbeiholen, Berufung:* HUGEB. Wynneb. 1 arcessione ... episcopi nostri ad ... meritorum profectionibus inhiando properabat. **2** *de morte i. q. revocatio – Abberufung:* CAES. HEIST. mirac. I 11,4 p. 272,34 accersionis suae hora.

arcesso, -ivi, -itum, -ere *et saepius* **accersio,** -i(v)i, -itum, -ire. *script.:* arcess(o) *rarescere vid. post s. IX.* arcersi(o): *l. 18sqq. form. (cf.* GODESC. SAXO gramm. 2 p. 478,11sqq. 'arcesso' et 'lacesso' tertiae sunt coniugationis ...; sed quia frequenter in nostris invenitur auctoribus 'accersire' *eqs.):* arcesso *(coniug. IV.): inf. praes.* -ire: *l. 33. adde* GLOSS. I 32,4 St.-S. *imperf.* -iret: *l. 53.* accersio *(coniug. III.): imperf.* -retur: *l. 24. plusq.* -rserat: *l. 25.* arcerso: *inf. praes.* -ire: *l. 33.59. adde* VITA Pirmin. I 6. *perf.:* -ivit: *l. 44.* -erserunt: *l. 43.* -itum: *l. 34sq. depon.: l. 24.*

I *strictius i. q. accire, advocare – holen (lassen), herbeirufen:* **A** *gener.:* BEDA hist. eccl. 5,20 p. 331,31 cantatorem ... ad se suosque instituendos accersiit *episcopus.* ARBEO Corb. 10in. ut virum Dei ... Pippinus ad se veniendi accerseretur obtutibus. Emm. 11 presbiterum ... ad se accerserat (accesserat *A* 1, accersierat *A* 2ª.3.4ª). ANNAL. Einh. a. 785 p. 71,13 ad eos *(Saxones)* accersiendos ... Amalwinum direxit *rex.* GERH. AUGUST. Udalr. I 21 p. 407,36 accersita imperatrice. VITA Theog. 2,14 p. 473,24 Theogerus ... discipulum ... accersiens. HELM. chron. 43 p. 86,32 sacerdos *(aeger)* misit ad accersiendos sacerdotes. *saepe.* **B** *c. colore quodam:* **1** *c. sensu alliciendi:* IONAS BOB. Columb. 1,17 p. 185,8 feras, bestias ac aves arcessire (arcersire, accersire *var. l.*). p. 186,2 de arduis arborum culminibus arcessitum (arcersitum, accersitum *var. l.*) *exquirium.* WALTHARIUS 421 volucres. **2** *c. sensu auxiliandi:* BEDA hist. eccl. 5,24 p. 352,29 Angli a Brettonibus accersiti (arcesiti *M*). HELM. chron. 34 p. 67, 29 direxit nuntios ad accersiendum ducem Magnum et fortissimos Bardorum. *al.* **3** *c. sensu moriendi:* BEDA hist. eccl. 2,17 p. 119,31 (epist. papae) dum quis eorum de hoc saeculo ad auctorem suum fuerit arcessitus. **C** *iur. et canon.:* **1** *citare – vorladen:* TRAD. Frising. 401ª p. 345,12 (a. 818) episcopus et Luitpaldus arcerserunt illos homines, qui hanc causam optime noverant. 438 p. 377,15 episcopus arcersivit eum ad se. CONC. Karol. app. 10 p. 856,36 nec presumat episcopus ... abbatem ad se pro quibuslibet negotiis arcessere nisi sinodi gratia. DIPL. Otton. I. 367 p. 504,14 accersito episcopo, cur hoc presumpsisset, percunctavimus. LAMB. HERSF. annal. a. 1072 p. 137,27 ad curtim regiam, ut causam diceret, accersiebatur *dux. al.* **2** *adhibere, invitare – heranziehen, einladen:* CONC. Merov. p. 168,6 si placuerit episcopo, ut secum ordinarium iudicem ... in audientiam eorum arcessiret. THANGM. Bernw. 16 archiepiscopus accersitur *(sc. ad consecrationem).* CHART. march. Misn. III 289 propter quos eos *(advocatos)* accersiri contigerit. CHART. Port. 252 presentibus eis et ad hoc testibus accersitis. *al.* **3** *convocare – versammeln:* CAPIT. reg. Franc. 169 p. 339ª,24 episcopos et ... praelatos ... ad te *(sc. archiepiscopum)* arcersire. STATUT. ord. Teut. p. 92,4 infra quem *(terminum)* fratres ad eleccionis negocium necessarii valeant accersiri. *al.* **4** *in iudicium vocare, accusare – vor Gericht ziehen, anklagen:* ANSELM. LEOD. gest. 19 p. 199,13 ut reginam Tietbirgam arcessant adulterii *accusatores.*

II *latius:* **A** *convertere – lenken:* HUGEB. Willib. 5 p. 102,25 ut omnium amorem seu timorem in ipsum provocando arcessivit (accersiret *3.4.4ª*). **B** *adducere – veranlassen:* HUGEB. Willib. 5 p. 104,15 illum ... rogando seu precipiendo arcessivit, ut ad sancto Bonefatio veniret.

arcettes *v.* arceuthis.

arceuthis (arcept-, arciatitus, arc(h)iotid-, a(r)niotid-, artiotid-, arcettes, aspalitum *sim.*), -idos *subst.* (ἀρκευθίς)

baca iuniperi, iuniperus – Wacholderbeere, Wacholder (Iuniperus communis L.; cf. Marzell, Wörterb. dt. Pflanzennam. II. p. 1072sqq.): PAUL. AEGIN. cur. 249 p. 190,6 arceptidos (*3,74,4* ἀρκευθίδων) fructum. ANTIDOT. Berolin. 21 p. 72,3 arciotitus, cimino, bagas lauri. ANTIDOT. Bamb. 12 cardamomi, artiotidon, piper (28 archiotidon). 33 arciotidis carne, id est semen iuniperi. RECEPT. Bamb. 59 archiotedas, hii sunt bacas iuniperi. TRACT. de caus. mul. 29 arciatitus, salviola. PULVIS contra febr. p. 23,18 aitiotidus chraneuuito (GLOSS. III 548,65 St.-S. arciotidos crenwitber [*b*]). GLOSS. III 99,58 St.-S. arciotida wachaltsbere (518,8 anotides. 536,17 arnotide). 469,12 artiotidon, id est baca iuniperi, rechilter (52,34 artiotidas rekoltsber [*E*]. 469,33 arcettes. *fort. add.:* IV 363,9 aspalitum recchelterboum). ALPHITA I p. 278,9 arceotide, iuniperus idem (II p. 14,8). *al.*

1. archa *v.* arca.

2. *archa *f.* (*cf.* ἀρχή, ἄρχος) *dominatrix – Herrscherin:* CARM. de temp. rat. 476 -a . . . Alexandria.

***archadius,** -i *m.* (*arab.* ḳāḍī, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Urspr. nr. 984*) **1** *iudex, praefectus – Richter, Vorsteher:* ANNAL. Ianuens. I p. 10,21 miro, domino bellatorum, et -o, domino mercatorum, omnia . . . narraverunt *Saraceni. per confusionem i. q. arcarius – Schatzmeister (cf. p. 874,55):* GODEFR. VIT. panth. 32,11 p. 304,13 (rec. D) tertius *iudex palatinus ecclesiae Romanae* est -us, qui preest tributis. **2** *episcopus Saracenorum – geistlicher Würdenträger der Sarazenen:* OLIV. hist. reg. 8 p. 92,11 ammiratum urbis et -um, episcopum perfide gentis *(ex Fulch. hist. Hieros. 2,9,7).*

archangelicus, -a, -um. (ἀρχαγγελικός) *script.* arca-: *l. 45.* **1** *adi.: qui archangeli (-orum) est – Erzengel-:* NOTKER. BALB. hymn. p. 24 Gabrihelis -o . . . oraculo. EKKEH. IV. bened. I 37,54 turmę. **2** *subst. fem.:* **a** *urtica maior – große Brennessel (Urtica dioica L., cf. Fischer, Pflanzenkunde. p. 287):* GLOSS. III 525,36 St.-S. -a grozenezele (536,9. *cf. l. 38*). **b** *urtica minor – kleine Brennessel (Urtica urens L., cf. Fischer, op. cit. p. 287):* GLOSS. III 549,22 St.-S. -a groznezzele *(a)*, aiternezzel *(b).* **c** *lamium – Taubnessel (Lamium album L., cf. André, Lex. bot. p. 38):* ALPHITA II p. 14,11 -a vel barba anglia, g(all.) archangle, angl. ded[e]netle *(cf.* p. 111,9 marrubeum album, -a idem *eqs.).* **d** *eupatorium – Odermennig (Agrimonia eupatoria L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 139):* GLOSS. III 533,19 St.-S. agrimonia -a odermenie. ALPHITA I p. 278,8 arca-a, agrimonia, lappa inversa idem.

archangelus, -i *m.* (ἀρχάγγελος) *script.:* arca-: PIRMIN. scar. 2 *cod. E.* DIPL. Pipp. 8 p. 12,41. arga-: CHRON. Cas. 21. -age-: *l. 60. metr.* archă(n)g-: *l. 60.*

angelus gradus superioris – Engel höheren Ranges, Erzengel (cf. GLOSS. III 182,15 St.-S. -i furstinengila): **I** *proprie:* **A** *gener.:* EXPOS. miss. 14 decem fuerunt ordines angelorum; decimus ordo cecidit . . ., novem . . . permanserunt in sanctitate sua; haec sunt nomina eorum: angeli, -i, virtutes *eqs. (cf.* AETHICUS ISTER 10 p. 5,19 sine . . . -orum thronis ac dominationibus, principatibus *eqs. v. et supra p. 639,49sqq.).* 15 angeli nuntii, -i excelsi nuntii dicuntur. VITA Rup. 10 ut sancta illa anima manibus sanctorum -orum ad Dei . . . praesentiam gestaretur. MILO carm. app. 3,1,9,2 copulatus intimis -orum gaudiis. IOH. SCOT. carm. 2,2,11 aggelus, archagelus, princeps . . . te *(sc. crucem)* colit. EKKEH. IV. bened. I 37,52 angelus insomnes, -us audiat omnes. HONOR. AUGUST. quaest. I 6 pauperes spiritu angelis, mites -is associantur. ALBERT. M. incarn. 4 p. 175,23 -orum est officium revelationis arcanorum Dei. cael. hier. 9,2 p. 256ª,3 summa nuntiare videtur proprium esse -orum. p. 256ª,41 dicitur . . . -us quasi princeps angelus, non ergo videtur esse aliquis ordo per se. *saepe.* **B** *de certis -is:* **1** *de s. Michaele:* WILLIB. Bonif. 6 in honore sancti Michaelis -i dedicavit *ecclesiam.* VITA Pard. 8 (MGMer. VII p. 29,6) -um Michaelem coram se in somnis adsistentem vidit. DIPL. Karoli M. 146 p. 198,26 ęcclesiam sancti -i Dei Michahelis. CAND. FULD. Eigil. 1,18 sancti Michaelis, -i Christi. CHRON. Clus. 14 (MGScript. XXX p. 966,8) principi caelestis exercitus, -o Michaeli. CHART. Babenb. 165 p. 216,30 in festo beati Michahelis -i. *saepe. per antonomasiam:* LIBER diurn. 14 beneficia beati -i. PAUL. DIAC. Lang. 4,46 oraculum sancti -i in Monte Gargano. *al. meton. de sanctuario s. Michaeli dedicato:* DIPL. Ludow. Germ. 1 ut . . . pleniter ad supradictum -um constaret. TRAD. Ratisb. 164 diaconus . . . tradidit . . . ad sanctum Dei -um Michaelem . . . proprietatem. *al.* **2** *de s. Gabriele:* SEDUL. SCOT. carm. 2,48,2 alloquitur Mariam Gabriel -us almam *(cf. Vulg. Luc. 1,28).* DEDIC. Brunw. (MGScript. XXX p. 770,24) oratorium . . . dedicatum est in honore sancti Gabrihelis -i. *al. per antonomasiam:* ALDH. virg. I 21 p. 250,21 Daniel . . . ab -o saepe vir desideriorum vocitatus *(cf. Vulg. Dan. 9,23).* 40 p. 292,10 Maria . . . redemptorem soli -o pronuntiante . . . suscipere meruit.

II *translate de titulo honorifico hominum:* EPIST. anon. (MG Lib. Lit. III p. 2,18) -o Germaniae et Illyrici *(sc. Conrado, archiepisc. Salisburgensi?).* CHRON. Albr. a. 1047 Odilo, abbas Cluniacensis, qui monachorum -us vocabatur.

***archantus** *m.* (*cf.* ἄρχων, -οντος) *administrator militaris – militärischer Verwaltungsbeamter:* ANNAL. Ianuens. I p. 114,18 -us unus, qui tenebant insulam Cipri et Filocarius vocabatur. *v. et* archon.

archanus *v.* arcanus. ***archarismum** *v.* *arcarismum.

archarius *v.* arcarius, arcuarius. **Archas** *v.* Arcas.

archata, *archator *v.* arcuo (-ta), *arcuator.

***archatus,** -us *m.* (*cf.* ἀρχή, exarchatus) *dominatio, potentia – Herrschaft, Macht:* GODEFR. VIT. panth. 7,7 p. 137,28 tunc neque papatus fuerat . . ., non erat -us neque marchia nec comitatus. 21,5 p. 153,5 lex aut -us, nisi per me *(sc. senatum)* canonicatus . . ., non erit orbe ratus. 21,7 p. 155,37 grandis in -u, grandis sua *(sc. Maguntiae)* pompa notatur. 23,8 p. 217,49. *ibid. al. meton. de territorio:* GODEFR. VIT. Frid. 1071 prospicit *Caesar* -us, circuit omne latus.

arche, *acc. pl.* -as *f.* (ἀρχή) *de ordine angelorum i. q. principatus – Fürstentum (cf. p. 898,5):* ALBERT. M. cael. hier. 5,1 p. 134ª, 26 -as (*PG 3,196C* ἀρχάς), id est principes. *fort. huc spectat i. q. regnum – Herrschaft:* VITA Eucher. 9 (MGMer. VII p. 51,8) ut cum electis suis *(sc. Domini)* . . . in aula suae archę (arche *2a*, arc(a)e *1a1.2*) coevus persisteret ceteris. *v. et* *archa.

***archeclavius, archediaconus** *sim. v.* archi-.

***archeitus** *subst. (fort. latet arab.* arridf, *cf. P. Kunitzsch, Arab. Sternnamen in Europa. 1959. p. 143) stella in sidere cycni posita – Stern im Sternbild des Schwanes:* GERB. (?) astrolab. 17 p. 137,3 post quam *(stellam)* est -us (archeteus, arrectus *var. l.*) vel alrif . . . et est in cygno.

archella *v.* arcella.

***archemon** *(m.) (cf.* ἡγεμών, ἀρχηγός *sim.) dux – Führer:* HUGO TRIMB. laur. 126 sit Iacobus cunctis . . . pervius (*cf.* add. p. 309) -n, hos ne calvat cacademon.

archepresbyter *sim. v.* archipresbyter.

archerius *v.* arcuarius. **archeter** *v.* archiater.

archeterium *v.* archisterium.

archetypus (-tip-), -a, -um. (ἀρχέτυπος) *script.* -chit-: *p. 879,8.*

1 *adi.: sensu ideae Platonicae i. q. exemplaris – als Urbild dienend:* VITA Ioh. Gualb. prol. (MGScript. XXX p. 1104,31) in libro Timaei . . ., quem . . . Plato . . . de -ipo vel sensili edidit mundo ([*cf. Chalc. transl. p. 38C*]. HONOR. AUGUST. imag. 1,2 immensitas mundi in mente divina concipitur, quae conceptio -us mundus dicitur. ARNOLD. SAXO fin. 1,1,14 p. 14,42. ALBERT. M. sent. 1,35,7 p. 190ª,36 ideae et rationes mundi -i in mente Dei. eth. 10,1,1 p. 601ᵇ,18. *al.*).

2 *subst. masc. vel neutr.:* **a** *philos. sensu ideae Platonicae i. q. exemplar – Urbild:* ALBERT. M. bon. 21 p. 12,16 'bonum, super solem sicut super obscuram imaginem segregate -um' (*Ps. Dion. PG 3,693B* τὸ ἐξηρημένως ἀρχέτυπον), id est excellenter principale exemplum. eth. 1,5,12 p. 72ᵇ,35 eorum, quae sunt in materia, sunt -a *ideae.* miss.

3,20,1 p. 144ª,31 virtus haec est imago quaedam ... in hominibus ... et -us est in primo patre. *ibid. al.* **b** *theol. i. q. typus praefiguratus (in Vetere Testamento) – (im Alten Testament) vorausgebildete Gestalt:* THIOFR. Willibr. I A praef. p. 459ᴮ cum Ysaac, -o Dei. 27 p. 476ᴱ Heliseus, Domini Dei -us. **c** *archit. i. q. forma – Bauplan:* TRANSL. Auct. 13 iubet *marchionissa* ... monasterium fundari ..., laudabiliter architypo dictante instrui. *Prinz*

archi- (ἀρχι-) *praeverbium usitatissimum, accedit etiam ad nom. propr.:* NICOL. BIBER. carm. 1781 (ed. Th. Fischer. 1870) Archiwernherus *(i. archiepiscopus W.). in tmesi vel ellipsi: p. 880,62.882,17.887,68.888,17sqq.892,58. 893,40.894,10.895,33.*

archia, -ae *f.* *(cf.* ἀρχή, μοναρχία *sim.)* **1** *proprie i. q. principatus – Herrschaft, Leitung:* ALBERT. M. pol. 6,6ʳ p. 611ᵇ,43 nauarchiae et equiarchiae et generaliter ordinum -ae *(p. 1322ᵇ,3* ταξιαρχίαι), id est cuiuslibet legionis principatus (6,6ᵃ p. 612ᵇ,8 ordinis -ae). **2** *meton. i. q. princeps – Herrscher, Leiter:* WALTH. SPIR. Christoph. II 3,83 -a regni. 6,170 -a ... imperii. *mus. de intervallo principali:* WALTH. SPIR. Christoph. II 1,193 dyplasii octonas erexerat -a chordas.

***archiacolythus** (-lit-), -i *m. praepositus acolythorum (urbis Romae) – Vorsteher der Akolythen (in Rom):* LIUTPR. hist. 9 p. 166,12 Stephanus -itus cum omnibus acolitis et regionariis. GESTA Rom. eccl. I 1 p. 369,26 -itus et subpulmentarius.

***archiadvocatus,** -i *m. procurator principalis – Erzvogt, Domvogt (cf. Waitz, Verf.-Gesch. VII. p. 333sq.):* TRAD. Frising. 1153 (a. 957) tradidit ille presbiter cum manu advocati sui ... in manus episcopi et -i sui Ratoldi, quicquid proprietatis habuit (*cf.* 1451). TRAD. Augiens. 41 ducis Heinrici, qui tunc temporis fuit Ratisponensis -us.

***archiantistes,** -itis *m. decl. isosyllaba (cf. N. Fickermann, JbGeschMitteld. 6. 1957. p. 53):* *gen.* -is: THIETM. chron. 5,40. 6,75. 7,24 *(1,* -itis *ed.).* *abl.* -e: THIETM. chron. 2,37 *(T,* -ite *V).*

archiepiscopus, metropolitanus – Erzbischof, Metropolit: DIPL. Otton. II. 198 venerandi -is Adalberti. THIETM. chron. 6,1 cum -is baculo Taginonis. 6,35 rex ... -em inthronizatum ... consecrari ... precipiens. 6,62 p. 352,12 Walterdum nobis in dominum et ad -em eligimus. 6,89 iussu regis ... a Gerone archipresule ... Unwan ungitur -s. 7,24 Gero -s (Maiedeburgensis *add. V*). *saepe.* COD. Thietm. 3 -s ... fecit quoddam concambium. LAMB. TUIT. Herib. 1,1 electissimus ... -s creatori rerum Heribertus. GESTA Trud. cont. II 3,1. *al.*

***archiantisticus,** -a, -um. *archiepiscopalis – erzbischöflich:* THIOFR. flor. praef. p. 315ᴬ -a ... fastigia.

***archiapostata,** -ae *m. summus deus paganorum – Erzgötze:* THIOFR. Willibr. I A 11 p. 466ᴳ *insula* barbarice Fositeslant est nuncupata a quodam Fosite, ydolorum suorum -a principe *eqs.*

***archiapostolus,** -i *m. de Petro i. q. princeps apostolorum – Apostelfürst:* VITA Gaug. 14 (ASBoll. Aug. II p. 678ᴳ) in numero ... illorum, de quibus per -um dicitur: 'vos estis genus electum'. *Payr*

archiater, -tri *m.* (ἀρχίατρος; *cf. theod. vet.* arzât, *v. Ahd. Wb. I. p. 669sq.*) *script.:* arci-: *p. 880,17.18.20.* archy-: *l. 68.* -chet-: *l. 66.* *form.:* *gen. sg.* -is: *p. 880,20.* *acc. sg.* -em: *p. 880,18.* *metr.* -iāt-: *p. 880,7.21.22. al.*

I *strictius i. q. medicus summus vel eminens – Oberarzt, hervorragender Arzt:* **A** *proprie:* **1** *de viris saecularibus:* **a** *de auctoribus medicinae antiquis:* BEDA temp. rat. 30,13 Hippocrates -r. ANTIDOT. Sangall. p. 91,38 cataplasma ydropicis, quas usus est aclepiuset (Asclepiades *ci. ed.*) -r. *adde:* RECEPT. Sangall. I tit. p. 10,2 dicta, quem Aristotelis archeter dictavit. **b** *de medico regis Merovingici ('Leibarzt', cf. Heyne, Hausalt. III. p. 177sq.):* CHRON. Fred. 4,27 cum Petro -yatro. **2** *de viris sanctis sim. (fere miraculis sanantibus vel adiuvantibus):* ALDH. virg. I 34 caelestis medicinae -os Cosmam et Damianum. VITA Rigob. 28 (MGMer. VII p. 78,8) convaluit per hunc -um Domini Rigobertum. WIGAND. Waldg. 36ᵉˣ. eius suspiriis indulgentissimus -r medicus affuit pietatis. *al.* *de archangelo obstetricante:* EKKEH. IV. bened. I 12,39 hoc (gloss.: Raphahele) -o peperisti, *Maria.* **B** *in imag.:* **1** *de Deo, Christo:* IOH. SCOT. carm. 2,7,20 quam *(salutem)* largitus erat maximus -r. HYMN. Sangall. p. 108 quem *(Christum)* ... visentes doctorem vel -um docent auctoritate sua. EKKEH. IV. bened. I 16,63 -r (gloss.: princeps medicorum), medicam leprosis porrige dextram. pict. Mog. 728 -r (gloss.: summus medicorum) Iesus. HARIULF. chron. 4,27 p. 251,6 caelestis -r (VITA Cuneg. B 13 p. 214ᴬ). *al.* **2** *de viris sanctis sim.:* BOVO CORB. Boeth. 2 praesul egregie et spiritalis animarum -r. VITA Deic. 11 Alamannorum ... cervicositati praepotens -r a Domino est destinatus (PASS. Thiem. III p. 896ᴮ). VITA Virg. Salisb. II 15 p. 93ª,40 prophetam nobis et -um divina bonitas suscitavit. *al.*

II *latius i. q. medicus – Arzt:* LEG. Wisig. 11,1,3 si quis medicum (arciatrum *R2*) ad placitum ... poposcerit. WOLFHARD. Waldb. 1,18 (16) arciatrem *(1ª,* -um *1 p. corr. 2.2ª)* tuae stude perquirere sectionis. *ibid.:* suffragium accelerans ... adiit arciatris *(1ª,* -i *1 p. corr. 2.2ª).* EGBERT. fec. rat. 1,1088 ringeris -o non solvens debita digno. *al.* *in fabula:* NIVARD. Ysengr. 3,205 domine -r, domine Ysengrime. 3,523 *(de vulpe). ibid. al. (v. ind.).* *Rudolph*

***archibricus** *v.* *archybricus. **archibum** *v.* archivum.

***archicamerarius,** -i *m. summus camerarius – Ober-, Erzkämmerer:* CHART. Rhen. med. I 530 p. 588,43 (a. 1144) testes... Uogelo camerarius, Herimannus -us *(sc. Coloniensis).*

***archicancellaria,** -ae *f. dignitas et officium summi cancellarii – Würde und Amt des Erzkanzlers:* WERR. (?) Albert. 5 (MGScript. XXV p. 143,22; c. 1193) imperator ... Lotharium ... investit regalibus Leodiensis episcopatus, quem ... designaverat archicancellarium regni Theutonici; quem honorem -e ... resignat.

***archicancellariatus,** -us *m. dignitas et officium summi cancellarii – Würde und Amt des Erzkanzlers (cf. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 443ᵈ):* DIPL. Heinr. V. (ed. Naudé, Die Fälschung der ält. Reinhardsbr. Urk. p. 116,33; spur. s. XII.ᵉˣ.) Adalbertus cancellarius vice Moguntine ecclesie, que nunc -um tenet, recognovi.

***archicancellarius,** -i *m. script.:* arci-: CONST. II 46/7 p. 59,28. argi-: DIPL. Otton. II. 254ª p. 295,10. archy-: DIPL. Arnulfi 22. 178. *v. et p. 881,13.* -kan-: DIPL. Karoli III. 127. 136. -chan-: CONST. I 15 -chancelarii. CHRON. Gurc. 4 (MGScript. XXIII p. 9,34). -ze-: OTTO MOR. hist. p. 168,9. DIPL. Karoli III. 182 p. 305,2 (spur.). *v. et l. 61.* -ge-: DIPL. Karoli III. 29. 32 p. 55,37 -gelarii. 35 p. 61,29. 88 p. 143,34. -ela-: *l. 43.46.61. adde* CONST. I 19. *al. form. gen. sg.* -ri: DIPL. Arnulfi 96. *tmesis: l. 62.*

summus cancellarius, princeps notariorum – Ober-, Erzkanzler, Vorsteher der Kanzlei (cf. GLOSS. III 379,1 St.-S. -us uronecancelere): **1** *in capella et curia regis vel imperatoris (cf. Bresslau, Urkundenlehre. ind.; J. Fleckenstein, Die Hofkapelle der deutschen Könige. I. 1959. p. 122sqq.; 174sqq.; 190sqq.):* DIPL. Loth. I. (ed. Bouquet, Recueil des historiens ... de la France. VIII. p. 378ᴳ) Agilmarus, ... archiepiscopus et sacri palatii nostri -us (DIPL. Karoli III. 126 p. 203,2 per Liutuuardum, ... nostri ... p. summum -um. *v. et p. 881,9).* DIPL. Ludow. II. (MIÖG 5 p. 386,35) Hericus ... cancellarius advicem Dructemiri -i recognovi (CAPIT. reg. Franc. 238 p. 146,45 Petrus canzelarius a. Adelardi episcopi et -zelarii recognovi. DIPL. Zwent. 20 p. 56,2 a. Rathpodi archiepiscopi archiquecancellarii [21. 22. *al.*]. CHART. Stir. II 161 p. 242,35 [dipl. Frid. II.] vice ... Moguntine sedis archiepiscopi, totius Germanie -i. *v. et p. 882,9. cf.* DIPL. Arnulfi 129 p. 193,26 Uuihhingus -us a. Theotmari archicappellani recognovi). CHART. Rhen. med. I 102 p. 106,36 (dipl. Loth. II.) Ercamboldus, regię dignitatis -us, recognovit. CAPIT. reg. Franc. 279ᴰ p. 350,5 Gauzlenus, abba et -us. DIPL. Arnulfi 63 Asperto, ... dilecto -o nostro, ... cappellam ... concessimus. DIPL. Otton. I. 367 p. 504,24 fracto sigillo ... per manum Huberti ... -i. DIPL. Conr. II. 57 p. 67,2 abbas ... per ... -um nostris presentavit

[Schneider]

obtutibus precepta. VITA Annon. I 1,53 p. 480^{b},59 archiepiscopum Coloniensium ... et -um totius Italiae (ANNAL. Ianuens. I p. 203,7sq. Coloniensis archiepiscopus et ... Magontinus archiepiscopus, unus -us Italie et alter -us Teotonice. CHART. Brixin. 206 sacri imperii per Ytaliam -us. *al.*). RAHEW. gest. 3,12 p. 180,7 Stephanus, Viennensis archiepiscopus et -us de Burgundia (*de eodem:* ACTA imp. Böhmer 102 p. 95,29 ut in regno Burgundiae sacri palatii nostri -us et summus notariorum ... existas). ARCHIPOETA 7,1,1 -e, viris maior ceteris. CHART. Epternac. 216 p. 384,11 (dipl. Heinr. VI.) Mogunt(inensis) sedis archiepiscopus, Germanie -us (CONST. III 18 sacri imperii per Germaniam archy-us. *al. v. et p. 880,64. sim. l. 4. p. 880,32*). *saepissime, imprimis in recognitionibus dipl. remissius de cancellario:* LAMB. TUIT. Herib. 1,4 p. 742,31 Heribertum ... -um et secreti sui voluit esse primum *Otto III. abusive:* DIPL. Loth. III. 121^{g} (spur. s. XII.$^{med.}$) Guibaldo, ... Romani imperii -o. DIPL. Pipp. 31 p. 43,37 (spur.) Bonefacius -us recognovi. *al. in dipl. spuriis huius aevi (v. ind. p. 541^{c}sq.).*

2 *in curia Romana (cf. Bresslau, op. cit. I. p. 237sqq.; R. Elze, Studi Gregoriani. IV. 1952. p. 39^{67}):* CHART. Anhalt. I 131 (privil. Leonis IX. a. 1054) data per manus -i et bibliothecarii sancte sedis apostolice Hermanni, Coloniensis archipresulis (CHART. Fuld. A 755 p. 365,16 vice Annonis, sanctę Romanę et a. s. -i). COD. Udalr. 151 p. 279,9.

3 *in curiis episcoporum et principum (cf. O. Redlich, Die Privaturkunden des Mittelalt. 1911. p. 156):* CHART. Hamb. 118 p. 113,7 (a. 1091) Waldo senex et vetulus -us recognovit. CONR. MUR. summ. 6,1 p. 425,30 quedam ... officia communiter respiciunt et conmode habentur in ... curia ecclesiastici principis et secularis, ut sunt ... cancellarius, -us.

***archicancellatura,** -ae *f. dignitas et officium summi cancellarii – Würde und Amt des Erzkanzlers:* CHART. Bund. 231 p. 179,26 (dipl. Heinr. V.) Maguntine ęcclesię, que nunc -am optinet (DIPL. Heinr. V. [ed. Naudé, Die Fälschung der ält. Reinhardsbr. Urk. p. 119,12]).

***archicanonicus,** -i *m. archipresbyter, summus canonicus – Erzpriester, Erzkanonikus (cf. Hinschius, Kirchenrecht. I. p. 379):* GREG. CAT. chron. II p. 244,28 qui *(Benedictus)* ... vendidit illud *(papatum)* Iohanni, -o Sancti Iohannis Portę Latinę.

***archicantator,** -oris *m. princeps cantorum, primicerius scholae cantorum – Leiter der Sängerschule:* BEDA hist. eccl. 4,16 p. 240,31 Iohannes, -r ecclesiae sancti ... Petri ..., qui nuper venerat a Roma.

***archicantor,** -oris *m. princeps cantorum, primicerius scholae cantorum – Leiter der Sängerschule:* AUREL. REOM. mus. praef. p. 28^{a},18 Bernardo -i, ut opto, totius sanctae ecclesiae et ... futuro nostro archiepiscopo ... Aurelianus. CHART. Mog. B 38 p. 43,25 *praesentes* abbates ..., -es Hartwinus et Emricho capellani *eqs.*

***archicapellanus,** -i *m. script.:* arki-: DIPL. Arnulfi 143 p. 219,18 (interp. c. 1165/70). archy-: DIPL. Conr. II. 128. *al.* DIPL. Heinr. III. 34 p. 44,37. *v. et p. 882,23.* -ka-: *p. 882, 16.44. adde* DIPL. Ludow. Germ. 170 p. 239,31. -appe-: *p. 882,14.28. al.* -appa-: DIPL. Otton. I. 391. -appu-: DIPL. Otton. I. 199. -pil(l)-: *p. 882,33. adde* DIPL. Merov. III A 29 p. 147,40 (spur. s. X.^{2}) -pilani. -ecian-: DIPL. Ludow. Germ. 185 p. 271,8 (spur. s. XI.^{2}). -llal(us): DIPL. Heinr. II. 318. DIPL. Conr. II. 220. -ar(us): *p. 882,11. tmesis: p. 882,17.*

summus capellanus, capellanus curiae – oberster Kaplan, Erz-, Hofkaplan: **1** *strictius de rectoribus presbyterorum et notariorum in curia saeculari vel ecclesiastica adunatorum:* **a** *in capella regis vel imperatoris (notione merae dignitatis posterioribus saeculis praevalente; de re cf. Bresslau, Urkundenlehre. ind. s. v. 'Erzkaplan'; J. Fleckenstein, Die Hofkapelle der deutschen Könige. I. 1959. p. 45sqq.; 167sqq.):* DIPL. Ludow. Pii (PL 104 p. 1139^{D}) comes per Hilduinum -um nostrum nobis subiecit. HRABAN. epist. 14$^{tit.}$ Hilduino abbati et sacri palatii -o Hrabanus (CHART. Bund. 57 p. 50,4 [dipl. Ludow. Pii] Drogo archiepiscopus et s. p. nostri -us. *al.*). THEGAN. Ludow. 36 Pippinus ... cum magnatis primis patris sui, Hilduvino -o et Iesse ... episcopo. CAPIT. reg. Franc. 228 p. 117,8 cui *(synodo)* praesederunt ... Theodemarus ... patriarcha et Ioseph ... episcopus atque -us totius ecclesiae *(cf. J. Fleckenstein, op. cit. p. 127sq.).* DIPL. Ludow. Germ. 69 p. 97,32 Grimaldus, -us noster et abba. 80 p. 117,43 Hadebertus subdiaconus advicem Grimoldi -cappellani recognovi (DIPL. Heinr. III. 306 Uuinitherius cancellarius vice Liutboldi archicancellarii et -i [*de hac iunctura v. notam ed. p. XXVsq.*]. DIPL. Arnulfi 36 p. 54,32 [spur. s. XI.] a. Thiotmari -ari [-ani *CD*]. DIPL. Loth. III. 12 vicem Adelberti -i. *saepissime. v. et p. 880,66*). RIMB. Anscar. 12 p. 34,20 Drogonis ..., summae sanctaeque palatinae dignitatis tunc -cappellani (-capillarii *B1*). DIPL. Ludow. Germ. 170 p. 239,31 Liutberhtus, Mogonciae civitatis metropolitanus et -kapellanus (CHART. Rhen. med. I 157 p. 220,41 [dipl. Karoli Simpl.] Trevericae sedis m. archiquecapellanus noster). VITA Mathild. II 9 rex adiunxit eum *(Brunonem)* sibi ... in ministerium -i. HERM. AUGIENS. chron. a. 1047 p. 126,34 Theodericum ..., cancellarium suum *(sc. regis)* et -um. DIPL. Karoli M. 219 p. 294,14 (spur. s. XII.$^{ex.}$) ego Liutpertus recognovi -us et subscripsi. VITA Gebeh. Salisb. I p. 25 archy-um sibi fecerat hunc ... regnum. *saepissime, imprimis in recognitionibus dipl.* **b** *in curia principis:* WALTH. TER. Karol. 14 prepositus quidam Brugensis, Bertulfus nomine, -us et cancellarius totius Flandrensis curie. **c** *in curia (archi)episcoporum:* TRAD. Frising. 1322 (a. 994/1005) episcopus eiusque -cappellanus ... commutationem agere decreverunt. BRUNO MAGD. bell. 98 Herdwigus, tunc Mogontini praesulis -us, ... urbem Magedaburgensem archipraesul ingressurus. *officio primicerii notariorum praevalente:* CHART. Basil. A I 93 p. 150,8 (a. 1008) Leo -capillanus iussu episcopi rescripsi. CHART. Hamb. 82 data est haec carta per manum Liodgarii -i *(cf. Bresslau, op. cit. I. p. 599).* **d** *in curia papali:* BERNOLD. CONST. chron. a. 1057 Fridericus ..., Leonis papae -us (*erronee, ut vid., pro* cancellarius). **e** *ioculariter in fabula:* ECBASIS capt. 263 -us, camerarius et cocus ... extitit ericius.

2 *latius de claris presbyteris (laico: l. 49) titulo summi capellani honoris gratia appellatis:* **a** *de capellanis assistentibus in rebus spiritualibus feminis nobilibus:* ANNAL. Hild. a. 1029 Willehaelmus, reginae -us. VITA Otton. Bamb. III 1,4 p. 7,6 quem *(Ottonem)* mulier nobilissima *(sc. ducissa Polon.)* -i (-ka- *var. l.*) functum officio unice dilexit. **b** *vario usu:* VITA Dagob. 10 Bonefacius, regis -us. EKKEH. URAUG. chron. a. 751 Folradus -us (capellanus ANNAL. regni Franc. a. 749), quem quidam abbatem ... scribunt (*de eodem:* ENGELH. WIRZ. Burch. 2,1 p. 23,19). COD. Lauresh. 19 p. 298,5 Einhardus -us notariusque imperatoris Karoli *(cf. J. Fleckenstein, op. cit. p. 68).*

***archicapellarius** (-pp-), -i *m. summus capellanus – Erzkaplan:* CHART. Hamb. 101 p. 98,5 (a. 1069) data per manum Meginuuardi -cappellarii *(cf. Bresslau, Urkundenlehre. I. p. 450^{2}.599). v. et supra l. 11.14. Schneider*

[***archicardinalis.** ANON. Has. 2 p. 255,7 Hiltebrando, Romanae ecclesiae -i subdiacono (*ex* GUNDECH. lib. pont. p. 246,12 cardinalis subdiaconus). *errore pro* cardinali archisubdiacono; *v. infra p. 897,26.*]

***archicatharus,** -i *m. magister catharorum – Haupt der Katharergemeinde (cf. A. Borst, Die Katharer. 1953. p. 194sqq.):* EKKEB. SCHON. cath. 8,2 statuitur in medio infelix ille, qui ... catharizandus est, et assistit ei -us tenens in manu libellum. 8,3 *igne* baptizavit Colonia -um vestrum Arnoldum. *ibid. al.*

***archiclaviger,** -eri *m. clavicularius (caelestis) – (Himmels-)Pförtner:* DIPL. Heinr. IV. 280 p. 361,34 Petrum, regni cęlorum -um.

***archiclav(i)us,** -i *m. script.:* arci-: *p. 883,6.* arche-: *p. 883,1.* archę-: *p. 883,7. form. gen. sg.* -vis: DIPL. Merov. III A 28 p. 146,29 (spur.) signum Bosonis -vis.

1 *de Petro i. q. clavicularius (caelestis) – (Himmels-)Pförtner (cf. Vulg. Matth. 16,19):* RHYTHM. 145,13,15

Petro . . ., caeli archeclavio. CHART. Bern. I 4,37 p. 275[B],16 habeat . . . -vum tocius monarchie ecclesiarum . . . obstitorem. **2** *de munere eccl. i. q. officialis aedis sacrae officio custodis, sacristae, thesaurarii fungens – Küster, Sakristan und Schatzmeister im Kirchendienst:* **a** *in monasteriis:* ORDO Rom. 15,145 offert abba oblatione . . . seu presbiter vel archiclavius . . . pro ipso abbate. 18,6 archęclavius, qui clavis ecclesiae sive minesterium sacrum sub cura sua habit *eqs.* ROD. GLAB. hist. 3,14 Martini Turonis monasterium . . . a . . . Heriveo, eiusdem loci -vo, . . . reedificatum. *al.* *de abbate:* CHRON. Albr. a. 814 p. 728,1 Alcuino . . ., sancti Martini Thuronensis -vo reverentissimo. **b** *in ecclesiis episcopalibus:* GESTA Autis. 36 (MGScript. XIII p. 397,43; s. IX.[2]) ut . . . refectio preparetur, una per prepositum, altera per eiusdem ecclesiae -vum. CHART. Basil. A I 111 p. 171,19 s(ignum) Rotberti -ii et archidiaconi.

***archicola,** -ae *m.* *de archidiacono i. q. summus minister – erster Diener:* CARM. de Mart. 4,5 (NArch. 11 p. 464) ⟨. . .⟩ic -a⟨m⟩ (*suppl. vid.* altaris *sim., cf. Greg. Tur. Mart. 1,4* archidiacono) querebat.

***archicommentariensis,** -is *m.* *summus notarius – Vorstand der Kanzlei (cf. Waitz, Verf.-Gesch. III. p. 512[2]):* FORM. Sangall. add. 2 p. 434,39 ego N. notarius vel exceptor ad vicem N. -is (archimentariensis *cod.*) recognosci feci.

***archicoq(u)us** (-cus), -i *m.* *summus coquorum – Oberkoch:* CATAL. fam. pap. p. 197[a] servientes nigri . . .: Rufinus -qus (p. 203[a]. p. 205[b] -cus).

***archicustos** (archy-), -odis *m.* *eccl. i. q. (principalis) sacrae aedis custos et thesaurarius – (oberster) Küster und Verwalter des Kirchenschatzes (cf. Hinschius, Kirchenrecht. III. p. 321; Pöschl, Bischofsgut. II. p. 42):* **1** *in monasterio:* MILO Amand. 7 (MGMer. V p. 478,15) -s (archy- *B* 6[b]) ad tumulum . . . accessit *(v. notam ed.).* **2** *in ecclesia episcopali:* CHART. Rhen. med. I 320 (a. 1043) Folcmarus noster archidiaconus ac huius ęcclesię *(sc. Treverensis)* -s.

***archidecanus,** -i *m.* *maior decanus – Domdekan (cf.* GLOSS. III 378,54 St.-S. -us uronedechen): VITA Annon. I 2,8 p. 486[b],58 de -o suo Sigewino (3,16 p. 504[a],50). CHART. Heist. 38 p. 143,3 Conradus maior decanus et -us *Coloniensis.*

***archidiabolus,** -i *m.* *sensu convicii i. q. diabolorum princeps – Erzteufel:* CHART. Osn. I 156 (a. 1068/88) tam scelerati sacrilegii princeps erat quidam Hartericus, -i *(sc. Tizonis praepositi)* signifer ad destruendum Dei servicium.

archidiacon *v.* archidiaconus.

***archidiaconalis,** -e. **1** *adi.:* *qui archidiaconi vel archidiaconatūs est – archidiakonal, Archidiakonats-:* CHRON. Andag. 52 exactiones et iustitias episcopales et -es (94 p. 244,3. CHART. Ypolit. 24 p. 36,25). 94 p. 246,14 banno. CHART. Rhen. med. II 290 p. 324,39 ab omni onere exactionis . . . salvo . . . iure -i . . . ecclesiam exemimus (CHART. Salisb. III 718 p. 234,24. CHART. Ger. Col. 126 p. 126,37 i. -i ac decanali). app. 12 p. 358,16 potestate. CHART. Austr. sup. II 373 p. 533,9 *causa* vertitur inter praepositum . . . et archidiaconum . . . super -i iurisdictione in parochia . . . praepositurae. CHART. Rhen. med. III 325 p. 262,4 ad synodum episcopalem et -em . . . venire. CHART. Westph. IV 198 p. 130,4 cum . . . sex sedes -es per episcopatum Paderburnensem . . . distinxissemus. *al.* **2** *subst. neutr. plur.:* *agenda archidiaconi – Angelegenheiten des Archidiakons:* CHART. Traiect. 841 (a. 1232) salvo . . . iure episcopi in episcopalibus et archidiaconi in -bus.

archidiaconatus, -us *m.* *script.:* archy-: *p. 884,26.* -dyac-: CHART. Heinr. Leon. 41 p. 59,15 (spur. s. XIII.). *v. et p. 884,26.895,15.* -acho-: CHART. Tirol. 667. *form. gen. sg.* -i: Pass. Praeiecti I 13 p. 232,20 (-us *A 2a*).

1. **arcus**, -us *m. script.:* arch-: *p. 909,26.50.* art- *(var. l.): p. 909,2. form.: sing.:* ?*nom.* -u: *p. 909,59. gen.* -i: Chron. Noval. 2,18. *abl.* -o: *p. 908,69. adde* Chron. Noval. 2,18. *plur.: acc.* -os: *p. 908,31sqq. abl.* -is: *p. 909,7.28.*

I *strictius i. q. instrumentum aptum ad sagittas mittendas, τόξον – Bogen (waffe):* A *proprie:* 1 *spectat ad usum hominum:* a *de instrumento bellico:* Capit. reg. Franc. 75 unusquisque cabalarius habeat scutum et lanceam et spatam et ... -um et pharetras cum sagittis. Waltharius 730 hastam, pharetram gestavit et -um. Regino chron. a. 889 p. 133,2 ex corneis -ubus. Hrotsv. Dulc. 14,2 extende -um, iace sagittam, perfode hanc maleficam. Lex fam. Worm. 28 si quis in civitate ad aliquem occidendum ... -um tetenderit et sagittam nervo imposuerit (*cf.* Chart. Babenb. 109,8 ut nullus extraneorum intret civitatem cum -u tenso *eqs.* 237,9. 24). Arnulf. Mediol. gest. 1 praef. p. 6,21 non in cathedra, sed in -u et faretra. Chart. Heinr. Leon. 89 p. 133,27 ea, quam gladio et -u nostro conquisivimus ([*cf. Vulg. gen. 48,22. al.*]. Annal. Scheftl. I a. 1229 p. 339,4). Heinr. Lett. chron. 10,12 p. 41,37 Rutheni ..., qui artem balistariam ignorant, -uum consuetudinem habentes. *saepe. de (arcu) ballista (cf. K. Huuri, Zur Gesch. d. mittelalt. Geschützwesens. 1941. p. 435q. 115. 130):* Carm. de bello Saxon. 1,112 quidam baleari -u dimissis hostes stravere sagittis (Albert. Aquens. hist. 2,33. 6,16. *al.* Theod. Hirs. loc. sanct. 17 p. 47,12). Gisleb. Mont. chron. 216 p. 303,4 machina, que manghenellus dicitur -us. Annal. Basil. a. 1275 p. 198,29 balistam, cuius -us de cornu nobili longitudo xiii pedes habebat. b *de instrumento venatorio:* Walahfr. imag. Tetr. 250 timent vestros ... -us ursus, aper. Dipl. Heinr. III. 209 p. 278,25 apros ... venari, -u sagittaque figire (213 p. 284,26. Chart. Brixin. 24). Chart. episc. Wirz. I 112 p. 95,1 ius ... habeat ... venandi in foresto illo -u tantum et balista, quod in teutonico dicitur birsen. *al. instrumentum, quod casu tactum sagittas mittit – Falle (cf. M. Bambeck, Lat.-roman. Wortstudien. 1959. p. 3):* Leg. Burgund. const. I 46,1 p. 76,12 quicumque ... occidendorum luporum studio -us (-os *var. l.*) posuerint *eqs.* 46,4 p. 77,7 is, qui -us (-os B^{6}, -um B^{7}) tetenderit. *al.* Leg. Wisig. 8,4,23 si quis ... laqueos vel -os (-us *var. l.*) protenderit. c *de instrumento ad spatium metiendum usurpato:* Anon. geom. 3,26 p. 334,20 si cuiuslibet rei altitudinem investigare volueris ..., sume -um cum sagitta et filo *eqs. remissius:* Rahew. gest. 3,43 p. 216,24 quantum -us iacere potest (*cf.* Frid. II. Imp. art. ven. 3,23 p. 50,1). 2 *spectat ad usum deorum, Amoris:* Epist. Worm. I 30 p. 54,10 (vs.) sic fidus parcum spernis Cillenius -um *(v. notam ed.).* Carm. Bur. B 59,4,3 -um Cupidineum (*cf.* 105,6,4 Cupidinis -us. 117,5,4sq.). B *alleg.:* Hraban. univ. 20,9 p. 541^{c} -us est iuxta mysticum sensum evangelicus sermo ..., -us haereticorum dogma ...; -um ... scripturam novi et veteris testamenti ... accipimus *eqs.* Anon. tab. p. 196,9 -us in pedibus aquilarum potentiam et fortitudinem illarum indicant. Alex. Min. apoc. 6 p. 91,13 per -um designatur potestas procul nocendi per insidias ..., et iterum per -um notantur insidiae *eqs.* C *in imag. vel per compar.:* Ekkeh. IV. bened. I 16,54 effugiat populus iaculamina prepetis -us (gloss.: Satane). cas. 70 licentias interdum, quae etiam irregulares essent, tanquam novitiis dare, -um tendere et laxare. Gerhoh. aedif. 40 (110) p. 180,35 induciarum expectatione quasi -us trahitur, ut sagitta excommunicationis ... fortius mittatur. Annal. Ianuens. III p. 83,28 Saonenses ... conversi sunt in -um perversum (pravum *Vulg. psalm. 77,57; cf.* Emo chron. p. 469,40).

II *latius i. q. res in formam partis circuli curvata, curvatura – Bogen (interdum de rotunditate perfecta, e. g. p. 910, 17.25):* A *archit. i. q. fornix, concameratio – (Schwib-) Bogen, Wölbung (cf.* Gloss. III 180,37 St.-S. -us vel fornix suibogo. 313,35 camera, absida vel -us i. gewelbe. IV 143,52 fornix, swibogo, -us triumphalis): 1 *intra aedificia:* Paul. Diac. Mett. p. 268,12 altare ... atque cancellos, presbiterium -usque per girum. Epist. pont. Rom. sel. I 2 p. 50,14 -um ibidem *(in basilica beati Pauli)* maiorem faciens *Leo papa (item de fornicibus sanctuarium terminantibus:* Gesta Font. 15 p. 45,4 subtus -um introitus absidae. Agnell. lib. pont. 36 in -o [-u 2] maioris tribunae. Chron. Mont. Ser. a. 1174 eam partem monasterii, que est ab -u crucis. *al.; de re cf. H. Otte, Handb. d. kirchl. Kunstarchäologie. I. p. 50).* Einh. Karol. 31 p. 35,23 -us ... supra tumulum deauratus

[Sroder]

cum imagine et titulo exstructus. 32 p. 37,8 in margine coronae, quae inter superiores et inferiores -us (artus A^1) interiorem aedis partem ambiebat. WALAHFR. Wett. 530 hoc opus ... nituit ... -ubus (gloss. O: suuibogon) effulgens. PURCH. Witig. praef. p. 263,11 in variis diversi operis -uum columnarumque celaturis. DIPL. Otton. III. 278 p. 700,16 ecclesias... cum...-is, columnis et oratorio Salvatoris. HARIULF. chron. 3,3 p. 87,29 trabes ... sustentantes -us XVII ..., inter quos stant imagines bestiarum, avium *eqs.* RUD. TRUD. gest. 1,11 inter maiorem turrim et -um grandem antepositum. THEOD. HIRS. loc. sanct. 17 p. 47,7 stabula equorum ... fornicibus erecta, -ubus et testudinibus multipliciter variata. CATAL. episc. Frising. (MGScript. XXIV p. 317,31) ut potior nemo sedet -u sub duodeno pastor Dracolfus. *saepe. per compar.:* GISLEB. ELN. inc. 4,215sq. cum flectant artus in tormentis velut -us -ubus oblique, quibus est crux unica cuique. **2** *sub aedificiis, in cryptis:* ALCUIN. carm. 88,4,6 latior ut fieret cripta ..., supponens tectis firmatos ter quater -us. FORMA mon. Sangall. p. 9[b] involutio -uum *(cf. notam ed.).* CAND. FULD. Eigil. I 17 -ubus ... in eandem *(columnam)* compaginatis (*cf.* II 15,11). EREMB. Bertin. (MGScript. XV p. 524,1) ecclesiola in honore beati ... Iohannis super -us erecta. **3** *in muris:* VISIO Baront. 19 remansi ante ipsius ecclesiae sancti Petri -um (arquatus 3^a, ianuas arguatas 3^d; *v. app. crit.*). VITA Boniti 16 (MGMer. VI p. 128,11) crebris ... -uum (archuum *2*) macheriae foraminibus manent. VITA Filib. 8 (MGMer. V p. 590,2) operosa saxis claustra comitur -is (-ubus *var. l.*). GERH. AUGUST. Udalr. I 14 p. 403,45 perrupto muro ecclesiae -um muratum desuper *(sc. super sepulchrum)* curvare praecepit. PURCH. Witig. 413 quem *(hortum ante ecclesiam)* cingens muris ac -ubus undique curvis. GESTA Trud. cont. I 12,10 capitulum ... ordinavit *abbas* tribus parietibus, iuxta quartum templi habens -um ad introeundum. *al.* **4** *in porticibus:* FORMA mon. Sangall. p. 13[a] porticus -ubus lucida *(cf. notam ed.).* CHRON. Noval. app. 13 fuerat ... civitas ... et -us in circuitu per totum deambulatorios cum propugnaculis desuper atque antemuralibus (LEO MARS. chron. 2,89 d. -us cum columnellis. 3,33 p. 724,43). CHART. Bern. II 281 p. 310,11 cuilibet burgensi -us lapideos ante domum suam facere licet et desuper edificare. *meton. i. q. porticus – Säulengang:* ANGILB. inst. 11 p. 302,3 per -us ... occidentales revertantur (p. 303,3). **5** *in ponte:* DIPL. Heinr. IV. 312 pontem ... cum -ubus. **6** *sub fornace:* FORMA mon. Sangall. p. 12[a] fornix (-ax *cod.*) super -us *(cf. notam ed.).* **7** *de monumentis undique patentibus:* WALTH. SPIR. Christoph. II praef. 50 ante triumphalem patrię ... -um (LAND. MEDIOL. hist. I 2,24 p. 61,25. ANNAL. Rom. p. 478,13). DIPL. Otton. III. 436 -um sancti Georgii. CHRON. Noval. 2,18 precępit *patricius* ex candidissimis marmoribus ... elevari archum in Sigusina civitate *eqs.* ANNAL. Ianuens. I p. 49,20 iuxta -um Romanum imperator tentoria posuit (RAHEW. gest. 3,43 p. 216, 31 unde et -us Romanus appellata est *turris* sive ab antiquo aliquo Romanorum imperatore ... in fornicem triumphalem erecta sive *eqs.* GESTA Frid. imp. A p. 31,14 vocabatur *turris* -us Romanus, quoniam quattuor -us inferius habebat. *al.*). CHART. Rhen. med. I 411 p. 471,27 ante -um iuxta viam publicam. *al. fort. add.:* DIPL. Otton. II. 254[b] p. 291,40 at locum, qui dicitur -u de Gizzuli (DIPL. Conr. II. 270 p. 374,3 ad -um Gizuli). *alleg.:* HILDEG. scivias 3,3 p. 598[c] in -u, id est in excellentia saecularis potestatis. **B** *natur. i. q. iris – Regenbogen* (*cf.* GLOSS. V 45,10 St.-S. -us celestis regenboge dictus): **1** *strictius:* HONOR. AUGUST. imag. 1,58 -us in aere quadricolor ex sole et nubibus formatur, dum radius solis cavae nubi immissus repulsa acie in solem refringitur. ALBERT. M. meteor. 3,4,6 p. 672[a],30 dicitur ... iris aliquando -us varius propter diversitatem colorum eius. 3,4,7 p. 673[a],9 iris -us est rotundus (*p. 372[b],22* τῆς δ'ἴριδος ... κύκλος) vel fere rotundus, non excedens semicirculum. 3,4,22 p. 691[b],16 -us ... daemonis *(cf. p. 910,2)*, qui videtur ex luna, non est in coloribus similis iridi, qui fit ex sole. *saepe. alleg.:* HRABAN. univ. 9,20 p. 278[A] -us ... coelestis est signum testamenti *eqs.* ALBERT. M. meteor. 3,4,6 p. 672[b],1sq. Hesiodistae theologi ... vocabant *iridem* -um daemonis, quod est intelligentiae et sapientiae et dicebant -um esse signum clementiae Dei. **2** *latius de prodigiis:* ANNAL. Chesn. a. 768 (MG Script. I p. 33[b]) -us coeli in nubibus apparuit per noctem. ANNAL. Xant. a. 841 circuli tres ... similes visioni -us. THEOD. PALID. annal. a. 1179 p. 95,16 apparuit splendor ..., a quo usque ad solem -us incurvatus *eqs. al.* **C** *math. vel astron. i. q. pars circuli – Kreisbogen:* **1** *in univ.:* FRID. II. IMP. art. ven. 3 p. 18,10 lineam -us semicirculi. ALBERT. M. cael. 1,1,10 p. 29[b],27 concavum ... est in interiori -us et convexum in exteriori. p. 30[a],30 signato -u (*p. 271[a],7* περιφεροῦς) inter A et B litteras et subtensa sibi chorda, quae est linea secundum A et B. p. 30[b],22 infiniti possunt -us (*p. 271[a],9* περιφερεῖς) describi inter quaelibet duo puncta. *ibid. al.* **2** *de certis lineis curvis:* **a** *de circulis meridianis:* ALBERT. M. meteor. 1,3,1 p. 499[b],5 dicitur ... -us meridiei -us ille, qui a polo septentrionali incipit *eqs.* veget. 2,71 -us meridionales (pol. 7,5[a] p. 663[b],10). **b** *de cursibus planetarum, signorum:* ALBERT. M. animal. 5,46 circa quantitatem spatii et -us, super quem coniunctio fit minor Iovis et Saturni de novo signo in novum signum (*cf.* 5,53). veget. 2,69 quae *(signa)* ... se intersecant in -ubus (2,75). **c** *de rotunditate lunae:* ALBERT. M. cael. 2,3,8 p. 188[b],36 versus inferiorem -um lunae. **d** *de lineis trigoni:* ALBERT. M. veget. 2,70 cum figura trigoni sit duorum generum, rectilinea et ex -ubus composita. *transfertur ad formas plantarum:* ALBERT. M. veget. 2,72 figuratur trigonus ex -ubus tribus, qui ... lumine suo talem plantis imprimit figuram. *v. et l. 46.* **e** *de lineis curvis astrolabiorum, horologiorum:* GERB. (?) astrolab. 11 quantus est -us a priori loco usque ad secundum locum Almeri, ipse est orbis, quem quaeris. HERM. AUGIENS. util. astrolab. 2,1 p. 405[c] eius *(quartae partis circuli in instrumento horologico)* ... -um, id est curvam lineam, in tria partior. **f** *de partibus abaci in curvaturas exeuntibus (cf. M. Cantor, Vorl. über die Gesch. der Math. I. 1880. p. 770):* Ps. ODO CLUN. abac. p. 296[a],33 ars dispositione -uum distincta ab uno surgens usque ad infinita per denarium numerum accrescit (p. 296[b],4sq.). MATHEM. var. Bubnov p. 292,5sq. sit tale dividendum, quod supervadat -us divisorum; dehinc dissipetur X a maximo dividendorum in inferiorem -um *eqs. al.* **D** *bot. i. q. pars curva plantarum – bogenförmiger Pflanzenteil:* FROUM. carm. 11,31 salicti foeturam pecudis securi pellimus -us *(i. in -us ed.).* ALBERT. M. veget. 2,104 folia perfectarum plantarum ... figuram habent, quae componitur ex duabus aequalibus proportionibus duorum -uum. 2,105 ex extremitate -us folii *eqs. ibid. al.* **E** *anat. i. q. pars curva corporis – bogenartiger Körperteil:* GISLEB. ELN. inc. 3,113 genuum ... -us. CARM. Bur. B 67,3[b],6 -us supercilia discriminant gemelli. ALBERT. M. animal. 1,276 directo -u ... porrigitur *costa.* 1,311 ad fornices sive -us mandibulae. *ibid. al.* **F** *mus. i. q. instrumentum, quo imposito chordae sonant – Bogen eines Saiteninstruments:* HIER. MOR. mus. 28 p. 289,3 viella, cum -u tangitur. p. 289,9 si quis ... tangat cum -u primam chordam. **G** *techn.:* **1** *pars curva (vasorum, coronae sim.) – bogenförmiger Teil (an Gefäßen, Kronen u. ä.):* THEOPH. sched. 3,59[med.] in ipsa rotunditate vasis fiant quatuor -us in supremo modice producti. 3,60 p. 255,19 pertrahe in singulis frontibus *(turibuli)* singulos -us et ... sub singulis -ubus ... singulas valvas. *al.* HONOR. AUGUST. gemm. 1,224 -us super coronam curvatur. ARNULF. SAG. invect. 3 p. 94,27 inferior ... pars *amphorae* cancellatis -ubus undique perforata. **2** *arco – Sattelbogen:* FRID. II. IMP. art. ven. 2 p. 221,16 accipiens -um selle anteriorem cum manu sua. **3** *folium pergamenae, plicatura – Pergamentbogen (cf. P. Lehmann, ZentralblBibl. 53. 1936. p. 346):* NOTA marg. cod. Monac. 6295 f. 154[v] (s. XI.) deest -us. CONR. MUR. (?) carm. (AnzDtVorz. N.F. 19. 1872. p. 314) libris aptatur *pellis vituli:* primo quadratur in -us, -us iunguntur in statione pari. **4** *instrumentum fabricatum ad praeparandum cottum – Vorrichtung zum Spinnen von Baumwolle:* RYCCARD. chron. a. 1232 p. 183,20 (decret.) de -u coctonis idem *servabatur (cf.*

[Sroder]

notam ed.). **5** *curvatura rotae – Felge:* ALBERT. M. eth. 8,1,1 p. 516^{b},42 volubilem et rotundam esse *fortunam* asserunt et in quolibet -u pressam et prementem. **H** *geogr. i. q. flexus fluminis – Flußwindung:* CHART. Rhen. med. I 378 p. 436,18 (a. 1084) ad -um Olivie ultra aquam iuxta viam duo morgani.

2. *arcus *v.* *archos. **arcutus** *v.* arguo.

ardalio, -onis *m.* (ἀρδαλος *accedente vi vocis q. e.* ardere, *cf. l. 13*) **1** *ganeo – Schlemmer* (*cf.* GLOSS. I 38,1 St.-S. -o farslintanti. III 350,2 -o lekkere): NIVARD. Ysengr. 4,481 -o demens, . . . te . . . exocula. **2** *qui cibum assat – einer der brät:* GLOSS. III 428,51 St.-S. -o pratere. **3** *fumarium – Rauchfang, Schlot:* GLOSS. III 224,55 St.-S. -o slât. *v. et* *ardaria, *ardorium.

***ardalius,** -a, -um. (*cf.* ardalio) *vorax – gefräßig:* EUGEN. VULG. syll. 30,9 relliquias musca roserat -a *(v. notam ed. p. 409sq.).*

***ardaria** *subst.* (*cf.* ardere) *fumarium – Rauchfang, Schlot:* GLOSS. III 210,46 St.-S. -a stat *(i.* slat *ed. in nota).* *v. et* ardalio, *ardorium.

***ardastus** *v.* *adrastus.

ardea, -ae *f. script.* -dua: *l. 27; cf. l. 24. adde* GLOSS. I 343,10 St.-S. *etym.:* ALBERT. M. animal. 23,20 quia alte volat, dicta -a, quasi ardua *(ex Isid. orig. 12,7,21);* . . . alii autem dicunt -am dictam ab ardendo, quia stercus eius adurit hoc, quod contingit *eqs.*

erodius – Reiher (*cf.* GLOSS. III 22,17 St.-S. -a [-dua *N*] haigir. IV 219,8 alcedo vel -a vel tantalus heigro): **1** *gener.:* EUGEN. VULG. syll. 31^{A},5,2 rauce sonat . . . -a. EGBERT. fec. rat. 1,484 -a nomen avis, nomen de ventre cacatrix (*cf.* 1,1522). BERNH. PROV. comm. 6,2 p. 291,6 adeps -e . . . vel . . . ova vel caro comesta . . . in passionibus membrorum spiritualium multum conferunt (*cf.* THEOD. CERV. chirurg. 4,5 p. 181^{H} cum axungia anseris vel -ae). ORIGO Suev. 9 (ed. Hirsch, Sachsengesch. d. Widuk. p. 159) mittens Witto accipitrem ad irretiendam -am. CARM. Bur. B 133,4 -a (gloss. B: raeiger) vel turtur. IOCALIS 250 -a sublime volitans. ALBERT. M. animal. 2,107 quae *(aves)* habent longum collum sicut grus et -a. 8,23 genera . . . -arum sive ardyolarum, quas Graeci aradyon (*p. 609^{b},21* ἐρωδιῶν) vocant, sunt tria, et primum quidem genus quidam Graecorum vocant kalohoz (*p. 609^{b},22* πέλλος), alii autem suasper; secundum autem quidam vocant lantoz (*p. 609^{b},22* λευκός), alii autem leugon; tertium vero quidam vocant astariez (*p. 609^{b},22* ἀστερίας) et alii iapeleon. 8,24 aput nos autem genera -arum sunt quidem tria, quorum duo sunt cinerei coloris, magnum videlicet et parvum, et tertium est album sicut nix. 8,71 quaedam illarum *(avium)* . . . venantur in aquis non natando, sed peditando sicut -a. *ibid. al. alleg.:* HRABAN. univ. 8,6 p. 246^{A} -a . . . potest significare animas electorum. *per compar.:* NIVARD. Ysengr. 5,885 vocis ut -a clarę . . . sonat *abbas (quasi alter lupus).* VITA Mariani 1 ne videamur aborigines sicut vultur et -a, quorum ortus et exitus soli Deo cognitus est. **2** *spec. (cf. H. Suolahti, Die dt. Vogelnamen. 1909. p. 377sqq.):* **a** *erodius cinereus – grauer Reiher, Fischreiher (Ardea cinerea L.): v. l. 41.46.* **b** *erodius albus – Silberreiher (Herodias alba L.): v. l. 43.47.* **c** *erodius stellatus – Rohrdommel (Ardea stellaris L.): v. l. 44.* **d** *cochlearium – Löffler (Platalea leucorodia L.):* ALBERT. M. animal. 23,21 -arum aput nos tria inveniuntur genera . . ., tertium habet longius collum et rostrum ante rotundum sicut circulus super circulum, et ideo coclearium vocatur et est totum album.

***ardenia** *v.* *ardevia.

***ardennana** *subst. vel adi. (orig. inc.) species lapidis – eine Steinart:* MAPPAE CLAVIC. 258 viridi vitro, cupro mixto, superfundas contusam petram -am.

ardeo, arsi, arsum, -ere. *depon.: p. 912,22sqq.*

I *intrans. i. q. flagrare – brennen:* **A** *proprie:* **1** *flammis correptum esse, (ex)uri – in Flammen stehen, (ver)brennen:* **a** *subi. anim.:* **α** *gener.:* LEX Sal. Merov. 16,1 si quis casa . . . incenderit . . ., et si aliquis intus -serit. ALDH. ad Acirc. 26,4 nec crepitante foco . . . -o *(sc. salamandra).* BONIF. epist. 73 p. 150,27 laudabilis mulier . . . esse iudicatur, quia . . . in uno strue pariter -at cum viro suo. HROTSV. Gong. 407 inter frigoreas -ens comperit *coniunx lasciva* undas, quid posset . . . dextera . . . Dei. *al.* **β** *eccl.:* AGIUS epic. Hath. 561 -surumne putatis eum, cuius pia facta . . . stant sine fine? CARM. imag. 3^{a},3,1 spiritus hos *(apostolos)* edocens linguis hic -et et igne *(cf. Vulg. act. 2,3).* EKKEH. IV. pict. Mog. 864 -et et -bit satanas semperque dolebit. GODESC. BENED. Anast. 15 mulier . . . clamare cepit demoniaco more se -ere. VITA Norb. I 10 p. 681,10 clamabat *daemon:* en -o, en -o, en morior. **b** *subi. res:* **α** *gener.:* COMPOS. Luc. P 31 si plus -serit ignis (HRABAN. carm. 39,89,4 i. sulphureus). LEX Alam. 2,2 si . . . illa carta . . . -serit. 76,1 omnia, quid ibidem -sit (-sa fuerit, -serit, -serunt *var. l.*), . . . restituat (*cf.* LEX Baiuv. 1,6 p. 274,7 quicquid in illo incendio -serit). EBERW. Symeon. 5 ubi s. Moyses -entem vidit non -ere rubum *(cf. Vulg. exod. 3,2).* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 301,18 incendiis -ere et fumare regionem depopulatam. THEOD. PALID. annal. a. 1129 in occidentis partibus viris . . . capilli circa capita . . . -ere ceperunt. ALBERT. STAD. annal. p. 347,38 terra circa Bremam -sit graviter in aestate fervida fere per mensem. *saepe. usu depon.:* CHART. Ital. Ficker 6 p. 8,23 (a. 806) quando . . . domus sancti Zenonis -sa est (*cf.* p. 8,32 per praeceptum . . ., quod -sum est). WIDUK. gest. 3,39 Rainesburg pene omnis proxima nocte -sa (concremata *B^{1}. C*). *v. et l. 14.* **β** *eccl.:* WALAHFR. Gall. 1,34 duo cerei *in loco sepulturae* . . . non deficiendo -bant et -endo non deficiebant. TRAD. Scheftl. 211 delegavit mansum . . . ea conditione, ut semper . . . in ipso monasterio -at lumen die ac nocte (*cf.* CHART. Carniol. II 56 quod . . . duo luminaria coram altari . . . -ant et luceant. CHART. Brixin. 81 p. 89,31 ad lumen perpetuo ibidem . . . -endum). *al.* **γ** *medic. i. q. gangraenâ laborare – an kaltem Brand leiden:* CONSTANT. METT. Adalb. 14 p. 662,51 qua *(clade)* manibus pedibusque -entes miserabili poena . . . confluebant. GESTA Vird. cont. I 2 p. 46,8 coepit -ere pes. **2** *candere, fervere – glühen, heiß sein:* COMPOS. Luc. R 20 ostria . . . decoques in fornace, donec -at et fiat pulvis. METELL. Quir. 3^{a},8 -ent axe rotae verbere concitae. *conflari – schmelzen:* COMPOS. Luc. I 30 debeat *aurum* -ere in ipsa fornace. MAPPAE CLAVIC. 58 argentum confla et, cum -serit, adice sulfur. **3** *fulgere, lucere – funkeln, leuchten:* WANDALB. mens. 305 -et . . . Scorpius. HROTSV. prim. 195 sub noctis claras tenebris -ere lucernas . . . videre subulci. ANNAL. Iac. Leod. a. 1144 (MGScript. XVI p. 640,51) cometes -et. **B** *translate vel in imag. i. q. (animo) incendi, exardescere – entbrennen, brennen (auf), erglühen:* **1** *gener.:* HUGEB. Wynneb. 7 p. 112,16 ille, qui prius zelo rigoris -bat. AMALAR. interpr. 8 in dilectione. *ibid.:* in dilectionem proximorum. off. 2,1,12 in Marte. WALAHFR. carm. 8,7 amor -et . . . animis. 20,30 -ere videt casto in amore animos. 21,15,3 commotum scelus -et in . . . pectoribus. WALTHARIUS 864 sitis . . . habendi. RIMB. Anscar. 13 p. 35,20 ferventissimo . . . desiderio. WIDUK. gest. 1,34 p. 47,25 quo eius *(Dei)* amore -as et ardore ipsius amoris . . . eius patrocinium merearis. 2,15 p. 79,18 cupiditate. BRUNO QUERF. fratr. 2 p. 718,32 Dei amore totis ossibus -sit. HILDEG. epist. II 5 p. 337,33 in impudicitia. *al. c. (acc. c.) inf.:* WALTHARIUS 1368 -bat . . . infligere vulnus. HROTSV. Gall. I 13,7 me ipsum . . . sancto viro . . . sodalem -o associatum iri. THANGM. Bernw. 34 Italiam . . . adire. *al.* **2** *c. colore quodam:* **a** *irasci – zürnen:* ALCUIN. epist. 248 p. 401,13 episcopus multum -et super nos. **b** *furere – rasen:* WALTHARIUS 854 infelix . . . -sit . . . venis laudem captare cupiscens. **c** *afflatum esse – begeistert sein:* CAND. FULD. Eigil. II 14,101 gaudent . . . simul -entque tuendo.

II *trans. (cf. D. Norberg, Synt. Forsch. 1943. p. 183sq.; v. et supra l. 22sqq.):* **A** *proprie i. q. comburere – verbrennen:* **1** *obi. homines:* AUDRAD. carm. 3,232 septem germanos -sit *praesul. refl.:* LAND. MEDIOL. hist. II 17 p. 28,4 -e te cum Dei maledictione. **2** *obi. res:* LEX Sal. Merov. 76 (rec. B) quicumque domum alienam -serit.

[Sroder]

COMPOS. Luc. U 29 donec -etur ipsud argentum bibum. BONIF. paen. p. 435,16 si grana -serit. MILO carm. 3,4,1,52 Domini templum ... ignibus -sit *Nabugodonosor* (3,4,1,203. *cf.* 3,4,1,59 urbem). GESTA Camer. cont. II F 295,3 villas. HERACLIUS II 7 p. 57,17 accipe limaturam cupri et -e eam, quousque pulvis sit. *al. absol.:* CHART. Lux. II 156 p. 174,9 (a. 1223) aisantias ... edificandi et -endi ... in nemoribus nostris concessimus eis. **B** *translate i. q. (vehementer) cupere, amare – (heftig) begehren, lieben:* LIUTPR. antap. 4,3 Albericus ... Romam, ... quam nimis -bat, non tradidit. 4,14 tres *concubinas* ... turpissimo amore -bat. HROTSV. Gong. 356 clericus audax -bat propriam plus licito dominam. FROUM. carm. 10,40 servorum, qui vos *(sc. Deum)* famulamine dulciter -ent. BRUNO QUERF. fratr. 7 p. 724,13 qui ... monachicum habitum, heremum et martyrium toto desiderio -bat. MARC. VALER. buc. 2,4 qua *(flamma)* ... superbus *Iarbos* Eufilen -bat *(cf. Verg. ecl. 2,1). al.*

adi. **1. ardens,** -entis. **I** *proprie:* **A** *flagrans, flammis correptus – brennend, in Flammen stehend:* **1** *gener.:* HROTSV. Sap. 5,11 -bus rogis. THIETM. chron. 4,68 in hanc -em ... foveam. HILDEG. caus. 2 p. 136,28 ignis -ium montium. OTTO FRISING. gest. 2,21 p. 125,36 faculae. *al.* **2** *eccl.:* CAND. FULD. Eigil. II 25,13 fortis et -s ultimus ille dies. HRABAN. carm. 9,41 Tartarus. REGINO syn. caus. 2,413 debent ... sacerdotes ... lucernas -es ... tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis proiicere debent in terram *(cf.* BERTH. [?] annal. a. 1078 p. 308,21 candelis -bus ab apostolico ... in anathematis ... complementum canonice in terram missis et extinctis. BERNOLD. CONST. chron. a. 1085 p. 443,15. *al.; de re cf. E. Wohlhaupter, Die Kerze im Recht. 1940. p. 113sqq.). al. per compar.:* THIETM. chron. 7,56 lampas -s *(cf. Vulg. Ioh. 5,35),* Woitegus. **B** *fervidus, aestuans – glühend, heiß:* **1** *gener.:* COMPOS. Luc. B 27 metallus -s sintillas dimittit. ALDH. virg. II 1206 -em ... lumine solem. 2781 Quintilis. WALAHFR. hort. 140 -i sartagine (gloss. L: in gluentero fannum). HERACLIUS II 53 super tegulas -es. *al.* **2** *medic.:* HILDEG. phys. 1,173 qui -es febres habet, id est brinnende fiber. **C** *fulgens – strahlend:* WANDALB. mens. 275 quam *(libram)* ... flammis scorpius -em iuxta Herigonem ... reliquit. HROTSV. Mar. 349 -is radios ... solis. *al.* **D** *alch.* aqua -s *i. q. aqua vitae, spiritus terebinthinae – Weingeist, destilliertes Terpentinöl (cf. Lippmann, Alchem. p. 480; Tschirch, Hb. d. Pharmakogn. II. p. 891):* SALERN. comp. 48 ad modum aqua *(sic?)* roseae fit -s aqua; recipe vini rubei libra una *eqs.* GEBER. clar. 2,54 de aqua -i *(v. notam ed.).* THADD. FLORENT. cons. 183,2 ad faciendum aquam vite, que alio nomine dicitur -s *eqs.* MARC. GRAEC. ign. 27. *al.*

II *translate:* **A** *acer, studiosus, vehemens – feurig, eifrig, heftig:* **1** *spirit.:* ALDH. epist. 2 -i desiderio flagrabat. virg. II 1130 -s ingenio et prudens pectore puber. PAUL. DIAC. carm. 32,6 -i ... sub corde. TRAD. Frising. 392 secundum -issimam erga divini cultus operationem ... voluntatem. WALAHFR. Wett. 649 -e cupidine stupri. Ludow. prol. quod effusior et -ior in loquendo videatur. DIPL. Karoli III. 64 ut -iores et promtiores in Dei ... parati sunt obsequio. POETA Saxo 5,94 mentes -es fecit amore tuo. VITA Mathild. II 3 p. 285,38 iter acceleravit -s. *al. c. sensu irascendi:* WALAHFR. Mamm. 11,10 dictis -s pro talibus intus. **2** *corpor.:* BEDA hist. eccl. 5,3 p. 286,19 dolor ... de brachio, ubi -ior inerat, ... ablatus est. **B** *splendidus – schimmernd:* WALAHFR. hort. 397 -i ... murice.

2. arsus, -a, -um. *coctus, combustus – gebrannt, verbrannt:* COMPOS. Luc. K 4 de sale ... -a *(cf. J. Svennung, Compos. Luc. 1941. p. 130sq.).* MAPPAE CLAVIC. 280 cinerem. THEOPH. sched. 3,33 argillam. COMPOS. Matr. 39,1 eruginis -e ciprio. *fort. add.:* DIPL. Otton. III. 323 p. 751,5 usque Solarium -um.

subst. **1. ardens,** -entis *m. qui morbo febriculoso laborat – ein an einer fiebrigen Erkrankung Leidender:* HUGO FLAV. chron. 2 p. 403,56 videres monasterium ... -ium turbis refertum.

2. ardentia, -ium *n. pl. incendia, ignis – Brände, Feuer(sbrunst):* BARDO serm. p. 332,8 sunt ... Cherubym incendia, Seraphym -ia *(cf. Vulg. Hebr. 1,7).* ANNAL. Iac. Leod. a. 1089 (MGScript. XVI p. 639,36) pestilentia terribilis et multiplex -ium. CHRON. Camer. 3,13 plaga ... -ium.

adv. **ardenter. 1** *acriter, studiose, vehementer – feurig, eifrig, heftig:* RIMB. Anscar. 3 p. 24,11 bonis ... operibus ... -ius inherere. HROTSV. Pel. 206 -r amare. EPIST. Teg. I 32 eo -ius ... gratiam ... habere ... sitimus. THIETM. chron. 3,9 Waldo -cius insequitur hostem. CHART. Carinth. V 362 -cius queritando. *al.* **2** *clare – deutlich:* ANON. Has. 39 nisi Deus ... -r ostenderet.

ardeola (-dyo-), -ae *f. erodius – Reiher:* ALBERT. M. animal. 8,24 dicit ... Aristoteles, quod unum genus ardyolarum (*p. 609b,21* ἐρωδιῶν) est, quod kalaoz (*p. 609b,23* πέλλος) vocat. 23,20 ardea, quam quidam -am, quidam autem tantalum vocant. *v. et l. 57. p. 911,39.*

***ardeos** *subst.* (*fort. corrupt. ex* ami, ameos) *careum – Wiesenkümmel (Carum carvi L., cf. Marzell, Wb. dt. Pflanzennam. I. p. 856sqq.):* ALPHITA I p. 284,15 ciminella, biperdium, -eos idem. *cf.* ami *p. 558,64sqq.*

ardesco, -ere. *(animo) incendi, exardescere – entbrennen, brennen (auf), erglühen:* HROTSV. Pafn. 1,21 in eius *(Dei)* amore -it. Bas. 38 infelix, spiculis perfossus amoris, quo magis -it, tanto plus corde tabescit. CARM. Bur. B 151,2,7 -unt iuniores hoc in tempore. HIST. Frid. imp. retr. p. 34,32 Mediolanenses ... super opprimendos Laudenses nimium -bant (ardebant *var. l.*). *seq. inf.:* HROTSV. Pel. 357 -ens *turba fidelis* sancti mercari corpus amandi.

adi. **ardescens,** -entis. **1** *proprie:* **a** *flagrans – brennend:* ALDH. virg. II 1758 rogus -s. **b** *fervidus – glühend:* ALDH. ad Acirc. 60,3 ignibus -s *lebes.* **2** *translate i. q. (animo) incensus – entbrannt:* POETA Saxo 3,458 -s Christi ... intus amore *martyr.*

***ardevia** (-enia, -isia) *subst. (orig. inc., ni cohaeret c.* ἀκαλήφη; *cf. Corp. gloss. Lat. ed. Goetz III 587, 19* acdivis. *617,9* acdefis. *al.) semen urticae – Nesselsamen:* GLOSS. III 525,30 St.-S. -a nezelsam. 535,20 ardenia nezelsame. 536,11 ardisia nezelsame. 548,14[5] acantum nezzelsame, -a idem.

***ardica** (-rti-), -ae *f.* (νάρθηξ, τὴν [ν]άρθηκα) *porticus ante ecclesiam sita, paradisus – Vorhalle der Kirche, Narthex (cf. LThK.[2] VII. 1962. s. v.* narthex): AGNELL. lib. pont. 8 aedificata est iam dicta basilica iuxta -am beatae Eufemiae *(cf. Testi Rasponi ad l.).* 30 p. 294,1 introeuntes vos intra -am beati Petri apostoli. 102 sepultus est ... in -a beati Apolinaris. *al. (v. ind.).* SALIMB. chron. p. 167,5 uxor ... mortua est et sepulta ... in ecclesia sancti Vitalis in artica apud Ravennam.

ardillus *v.* arietillum.

***ardio,** -ire. *(germ.* *hardjan, *cf. v. Wartburg, Frz. etym. Wb. XVI. p. 155sq.) corroborare, affirmare – (die Wahrheit) erhärten, beweisen (cf. Brunner, Rechtsgesch.[2] II. p. 562sq.):* LEG. Lang. p. 433a,35 falsa est ipsa carta.:: vis ei -ire? p. 575b,37 vis ei probare (-ire *var. l.*)? *cf.* *adardio.

***ardisia** *v.* *ardevia.

***ardolotum** *subst. (cf.* ardeola?) *erodius – Reiher:* ALBERT. M. animal. 8,21 vultur pugnat cum animali, quod Graece arodyeuz (*p. 609b,7* ἐρωδιός), Latine autem -um vocatur.

ardor, -oris *m. (f.: p. 915,7.15) plur: l. 65. p. 915,17. 23.25.39.*

I *proprie:* **A** *incendium, ignis – Brand, Feuer (cf.* GLOSS. IV 127,18 St.-S. flamma, -r, incendium ... lōch): **1** *gener.:* ALDH. virg. I 41 horrendos focorum -es obvia quaeque crematuros. HRABAN. carm. 37,71 *sanctos* consumpsit flammeus -r. WALAHFR. Otm. 11 ignis ... in candela solito rutilabat; cerae vero nihil per hunc -em minui videbatur. MILO carm. 3,4,1,190 Sodomiticus -r. EKKEH. IV. carm. Gall. 9,3 fit ... -r, ... regnat vis flammarum. *al.* **2** *eccl.:* HRABAN. carm. 39,90,3 *(ex Columb.)* -r flammaticus *inferni.* HILDEG. scivias 3,7 p. 649c potestas, voluntas, -r

[Sroder]

(sc. spiritus sanctus): hi tres apices in uno culmine operationis sunt. **3** *medic. i. q. gangraena – kalter Brand:* Rod. Glab. hist. 5,15 consumpsit ... quidam mortifer -r multos ..., quosdam vero truncatis menbrorum partibus reservavit. **B** *fervor, aestus – Glut, Hitze* (*cf.* Gloss. III 680,61 St.-S. -r hizze): **1** *strictius:* Aethicus Ister 23 propter -em validum (-am *var. l.*) solis (Waltharius 1345. *al.*). Walahfr. carm. 46,4,2 omnipotentem ... adorent ... frigus et -r (aestus *Vulg. Dan. 3,67*). Hrotsv. Sap. 6,1 in fornacem igneum colorem prae nimio -e exprimentem. Hildeg. scivias 2,2 p. 451[B] flamma ... in splendida claritate et insito vigore ac igneo -e consistit. *al.* **2** *latius de corpore humano:* **a** *de morbis:* Aesculapius 1 p. 1,39 quod si cum febre fuerint -r et dolor capitis. Ionas Bob. Columb. 2,4 p. 236,2 prius ... quam noxia (noxius *var. l.*) -r suppremas eum privet ab auras. Beda hist. eccl. 5,4 p. 287,29 febrium ... -bus. Antidot. Augiens. p. 60,23 stomachi. Thietm. chron. 8,29 acri -e succensi celeriter mortui sunt. Benven. Graff. ocul. p. 24[B],10 (rec. A) ascendit *sanguis* in oculis cum magno furore et -e. *al.* *meton. de tumore:* Beda hist. eccl. 4,19 p. 246,13 dum mihi nunc pro auro ... rubor tumoris -rque promineat. **b** *de siti:* Aldh. virg. II 785 sitis -em demebat gurgite fontis. Milo carm. 3,4,2,353 ut liquor -es et fauces proluat ustas. Gars. tract. 2 p. 427,8 cyphum ... plenum vino ..., unde ... pontifex -es suos ... extinguebat. **c** *de ebrietate:* Land. Mediol. hist. I 2,23 p. 60,38 Teutonici ... nimio vini -e bachantes. **C** *fulgor, splendor – Schimmer, Glanz:* Walahfr. carm. 25[B],4,2 movit -em sacra lux magorum.

II *translate vel in imag.:* **A** *gener. i. q. flagrantia, studium, cupiditas – Leidenschaft, Eifer, Begierde:* Liber diurn. 87 p. 114,2 -e christiane religionis et studio divini cultus permovemur *(item c. gen. obi.:* Thangm. Bernw. 51 p. 780,5 [chart.] animus ... -e sancti propositi desudabat. Otloh. quaest. 16 p. 80[A] -e ... solutionis, quam exquiro. *al.).* Aldh. virg. I 51 p. 307,6 crudelitatis. Liutg. Greg. 2 p. 69,12 quis -r caritatis ad oboediendum ... inflammavit iuvenis mentem? Radbert. Adalh. 33 inter venereos palatii -es. Walahfr. Mamm. 26,18 -r apostolicus fervorque propheticus. hort. 412 amoris. Sedul. Scot. carm. 2,12,5 Martius. Rimb. Anscar. 7 p. 27,8 qui multo -e circa divinam religionem ferveret. Bruno Querf. Adalb. A 12[in.] bellicus. Berth. (?) annal. a. 1077 p. 304,49 iuvenilem. *saepe.* **B** *c. colore quodam:* **1** *amor – Liebe:* Carm. libr. II 16,1,1 -e tuo perscripsi, Christe, libellum. Egbert. fec. rat. 2,281 proximus -r. Carm. Bur. B 156,5,9 Veneris ancilla si non curat, -r durat. *al.* **2** *ira – Zorn:* Walahfr. carm. 63,8,4 cedat ... omnis -r hostium. Poeta Saxo 2,263 Caroli requieverat -r.

***ardorium** *subst.* (*orig. inc., ni cohaeret c.* ardere, ardor) *?fumarium – ?Rauchfang:* Chart. Meckl. 1374 p. 525,18 (a. 1275) Rapesulver *dedit* x solidos de malo -o. *v. et* ardalio, *ardaria.

arduitas, -atis *f.* **1** *proprie i. q. praeruptio – Steilheit:* Chron. Pol. 2,26 Moravia -e montium ... est obstrusa. **2** *translate:* **a** *difficultas, molestia – Schwierigkeit, Beschwerlichkeit:* Wolfher. Godeh. I praef. p. 169,14 me tantae -i comparem credere. Albert. M. bon. 178 p. 111,7 propter -em difficultatis in sustinendo. *spectat ad difficultatem intellegendi:* Albert. M. bon. 486 p. 253,90 non ... sunt timidae *cogitationes,* nisi propter -em divinorum, quae opprimunt cor cogitantis. cael. hier. 9,4 p. 270[b],2 miracula auferunt actum rationis observando ipsam sua -e et convincendo sine ratiocinatione aliqua. **b** *gravitas – Wichtigkeit:* Honor. III. registr. 228 p. 157,40 tanta est -s negotiorum instantium ..., quod ... opus esset nostra presentia corporali.

ardura, -ae *f.* (*cf.* ardere, arsura; *francog. vet.* ardure) **1** *de inferno i. q. incendium, ignis – Brand, Feuer:* Rhythm. 91,6 et tu, crudeles Iuda, permanes in -a. **2** *de morbo i. q. aestus, fervor – das Brennen, Hitze:* Antidot. Augiens. p. 61,41 implastrum ad -am stomachi.

ardurius *v.* aratorius.

arduus, -a, -um. **I** *proprie:* **A** *clivosus, abruptus, aditu difficilis – steil, schroff, schwer zugänglich:* Willib. Bonif. 5 p. 22,11 -a ac plana agrorum peragrans spatia. Hugeb. Wynneb. 4 p. 109,15 per -a Alpium alta. Thietm. chron. 6,10 -am irrupere viam. *al.* *de inaccessibilitate oppidi:* Lamb. Leod. Matth. I 531 qua densis longe patet -a silvis Belgis *(i. Treverorum urbs)* contermina montibus. *in imag.:* Willib. Bonif. 3 p. 11,25 -am caelestis intelligentiae semitam. Arbeo Emm. 20 in -am huius evi callem. **B** *altus, excelsus – hoch, emporragend:* Walahfr. hort. 125 tecta cavarum -a porticuum. Thietm. chron. 8,21 -as munitiones ad capiendas ... feras. Carm. Bur. B 92,51,3 cervix *equi.* Chart. Eberb. 275 edificia. *al.* *in nomine loci:* Lamb. Leod. Matth. I 702 silva ... -a *('Ardennen').* **C** *in alto positus – in der Höhe befindlich:* Carm. Aldh. 4,18 astra Olimpi ... -i. Walth. Spir. Christoph. II 5,196 sidera.

II *translate:* **A** *difficilis, operosus, molestus – schwierig, mühsam, beschwerlich:* **1** *gener.:* Willib. Bonif. praef. p. 1,11 -um ... opus inchoavi (Hraban. epist. 10 p. 396,15. *al.*). Agius vita Hath. 6 alia ..., quae ceteris -a, ipsi ... facilia videbantur. Poeta Saxo 5,549 -a phylosophis etiam res hęc foret (Archipoeta 10,7,1 res est -issima vincere naturam. Albert. M. bon. 162 p. 103,63 quaeritur differentia inter res -as et difficiles *eqs. al.*). Dipl. Otton. I. 210 p. 290,6 -am vitam duxisse. Hrotsv. lib. I prol. 1,8 p. 2,36 quamvis ... metrica modulatio femineae fragilitati difficilis videatur et -a. *al.* *impers.* -um est *sim.:* Hraban. epist. 28 p. 443,37 quod mihi -um valdeque difficile visum est, ut hoc ... temptarem aggredi. Thietm. chron. 5,35 homini potenti -um esse testabantur resistere. *al.* **2** *iur. i. q. severus, durus – streng, drückend:* Leg. Wisig. 2,1,12 comprehendendi sunt et -a in vinculis custodia retinendi (9,1,9). 3,5,4 detrusioni. 6,5,12 per -am ... tormentorum discussionem. **B** *gravis, magnus – wichtig, bedeutend:* **1** *gener.:* Metell. Quir. 16,15 memor sit ille sponsionis -ae. Vita Gebeh. Salisb. II 27 p. 48,15 scripsit hic ... opus -um ac luculentissimum. Statut. ord. Teut. p. 96[B],6 -a ecclesie tractare negocia (Chart. Mar. Magd. 122 -issima atque inevitabilia n.). *de fide i. q. firmus – fest:* Wolfher. Godeh. I praef. p. 168,52 (vs.) -a quippe fides robustos exigit annos. **2** *iur. (cf. R. His, Das Strafrecht des dt. Mittelalters. I. 1920. p. 42):* Const. II 196,28 (a. 1235) iudex ... dies in illis -is causis ... non prefiget sine nostro ... mandato (Chart. Sil. C 27 p. 311,9 de c. magnis et -is, culpis videlicet capitum. *al.*). **C** *sublimis, venerandus – erhaben, verehrungswürdig:* Hraban. carm. 9,50 -a ... regna poli. Cand. Fuld. Eigil. II 12,46 rex -us. 17,70 lux -a, Christus. Pass. Ursulae prol. p. 143,6 -ae vestri ... honorificentiae. Wipo gest. 5 p. 26,26 dignitati. Otto Frising. gest. 1,65 quod tam -o et bono inchoata *expeditio* principio tam humilem et non bonum exitum acceperit. *al.* **D** *fervidus – glühend:* Bruno Querf. Adalb. A 24 p. 212[b],12 fervet in eo spes -a pro Christo moriendi.

subst. **1. ardua,** -ae *f.* *quae in alto volat – die in der Höhe Fliegende: v.* ardea *p. 911, 24.*

2. arduum, -i *n.* **1** *proprie:* **a** *locus abruptus, altitudo (ascensu difficilis) – steiles Gelände, (schwer ersteigbare) Anhöhe:* Beda hist. eccl. 1,7 p. 20,30 montem ... ascendit ..., in quo nihil repente -um, nihil praeceps, nihil abruptum. Poeta Saxo 1,394 fuerant quibus -a montis ... nota (Walth. Spir. Christoph. II 2,195. *al. cf.* Hugeb. Wynneb. 2 p. 108,5 Alpium). Uffing. Liutg. 45 amantes -a rupes *(cf. Verg. georg. 3,315). al.* *proverb.:* Wipo prov. 21 qui per -a vadit, saepissime cadit. *in imag. (spectat ad viam virtutis sim.):* Aldh. virg. II 762 monuit ... -a sectari necnon devexa caveri, dum calles gemini dispari tramite tendunt. Walth. Spir. Christoph. II 2,209 per -a dextrum pręco Dei meditatus iter. Thietm. chron. 5 prol. 2 scandit ... -a virtutum. *al.* **b** *locus in alto positus – das Hohe:* Walth. Spir. Christoph. II 3,30 qui *(Deus)* conderet -a cęli. *in imag.:* Hraban. carm. 36,2 -a succumbunt,

[Sroder]

imaque celsa petunt. *strictius i. q. caelum – Himmel:* WALAHFR. Mamm. 18,2 dum ... solis ... conscenderet -a currus. 19,15 victorem sancti ducant ut ad -a cives. **c** *pars summa – oberster Teil:* EKKEH. IV. bened. I 35,38 crucis -a. pict. Mog. 699 subit arboris -a Zacheus *(cf. Vulg. Luc. 19,4).* METELL. Quir. 25,67 scanderat ipsa -a templi concamerata. **d** *altitudo – Höhe:* PAUL. DIAC. carm. 4,1,24 omne, quod ... spatiis effertur in -a vastis (22,43). **2** *translate:* **a** *res difficilis – Schwieriges:* WOLFHER. Godeh. I praef. p. 168,21 -a quaedam delucidare. ALBERT. M. bon. 165 p. 104,89 -um .. . dicit poenae elevationem in comparatione ad infirmitatem sustinentis, difficile autem dicit contrarietatem ipsius ad sensum absolute. *incommodum – Unannehmlichkeit:* THIETM. chron. 7,25 p. 428,24 sociis ... victum defecisse vel aliquid -um occurrere. **b** *res gravis – Bedeutendes:* HYMN. Hraban. 7,1,3 qui *(Dominus parvulus)* format minima et qui creat -a. CONST. II 196 p. 241,34 -a quedam, que generalem statum et tranquillitatem imperii reformabant.

adv. **ardue.** *difficulter, operose – schwierig, mit Mühe:* AETHICUS ISTER 21 p. 13,4 refert sofista de vertice ipsius montis -e (-ae *W*) ultra oceanum vidisse. THIETM. chron. 6,66 quamvis -e, tamen desiderata impetrans. *Sroder*

ardyola *v.* ardeola. ***are** *v.* *re.

area, -ae *f. script.:* ha-: *p. 919,72. 920,9.* haria: *p. 918,18.* ari(a): *l. 34. p. 919,44. 921,41. cf. p. 918,2.* ar(a): *l. 33.* aer(a): *l. 57.68.* aere(a): *l. 65.* arc(a) *(var. l.): l. 64. p. 918,19.* arae(a): *p. 919,2.* arę(a): *p. 919,1.* eria: LEG. Burgund. const. I 99 add. p. 113,30.

I *proprie:* **A** *terra plana – (Land-)Fläche:* **1** *strictius de terra inculta:* **a** *locus triturae (in campo situs) – Dreschplatz (auf dem Felde), Tenne (cf.* GLOSS. I 38,26 St.-S. are [*a*], arę [*b*], areę [*c*] flazzi. III 408,33 -ę tenne. *al.):* LEG. Burgund. const. I 23,2 p. 61,1 in ... -a (aria *var. l.*) annonaria. LEG. Wisig. 8,2,3 si ... messis aut -a ... concremetur. RITUALE Flor. p. 103,2 veniat ... super hanc -am ... benedictionis ubertas. MARC. VALER. buc. 3,104 optat ... -a trita Nothos. FRID. II. IMP. art. ven. 4 p. 63,24 inveniuntur grues sepius in -is camporum, in ... regionibus, in quibus homines triturant segetes in campis. *v. et p. 921,16.*

de loco intra horreum sito (cf. GLOSS. II 296,21 St.-S. -am chornstadale): FORMA mon. Sangall. p. 14[b] -a, in qua triturantur grana et paleae. *in imag.:* IONAS BOB. Columb. 2,17 p. 269,22 pectoris sui -am purgare studuit *(cf. Vulg. Luc. 3,17).* ARBEO Emm. 24 ex certaminis campo, id est ex -a, quae tunc frumenti praetiosiore margaretis purgati tritici ... consparsa deiacebat. HROTSV. lib. 1 praef. 6 scripturarum, quas intra -am nostri Gandeshemensis collegeram coenobii. CONST. II 36 ut ... Taurinensis episcopatus -a ventiletur. CARM. Bur. B 93[a],5,3 inde senex -am relinquo successori. *al. alleg.:* HRABAN. univ. 14,30 p. 411[c] -a mystice ecclesiam significat. 22,14 p. 611[b] item -a praesentem mundum. **b** *locus ad sal excoquendum institutus – Salzgewinnungsstätte, 'Salzgarten':* VITA Lamb. Font. 3 (MGMer. V p. 611,5) terram super litus maris et -as salinarum piscationumque, quae ibidem institutae erant. EPIST. Froth. 8 quod propter pluvias in -is (aeris *cod.*) maritimis, ubi fieri solebat, *sal* non potuisset perfici. *cf. p. 920,21sq.* **c** *terra ad ripae munitionem suggesta – Uferaufschüttung:* CHART. Wirt. VIII 2796 p. 114,16 (a. 1278) in ripa fluminis Reni ... ex materia terre vel lapidum -as construere. **d** *locus apertus, atrium – offener Platz, Vorplatz:* DIPL. Otton. II. 312 p. 368,38 petiam de muro civitatis Cumanę cum -a sua. ORD. coron. imp. 18,3 usque ad suggestum -e (arce *FS,* aeree *P*), que est in capite graduum. CHART. Friburg. 93 omnem -am et vacuitatem ... capellam ... ambientem. **2** *latius de terra culta:* **a** *hortus – Garten:* IONAS BOB. Columb. 2,17 p. 268,19 in hac -a (aera *B 1[a]*) holus excolimus (*antea:* in horto). WALAHFR. hort. 33 atriolum, quod pro foribus mihi parva patenti -a vestibulo solis convertit ad ortum. *fort. add.:* CHART. Burgenl. 413 p. 281,18 (a. 1262) de duobus pomeriis et duobus -ys pro loco castri ... fossatis. *in imag.:* CARM. Aldh. 2,105 carismatum donamina, quibus ditatur -a (arida *cod.*) animarum perflorea. VITA Karoli M. 1,11 p. 33,15 ad edificationem ... omnium per presentis scripti -am deambulantium ... rosas ... implantamus (*cf.* 1,16 p. 43,30). **b** *pulvinus – Beet (cf.* GLOSS. IV 228,15 St.-S. -a beti): CHART. Rhen. med. I 135,1 p. 145,7 (a. 893) Widradus ... unam -am in orto dominico mundat. **c** *ager – Feld, Acker:* CHART. Sangall. A 7 p. 7,20 (a. 741) res meas ... cum omnibus ... adpendiciis eorum in -as vel silvas (*syn.* terras). WALTH. SPIR. Christoph. II prol. 6 laeti quem deficit -a farris. CHART. select. Keutgen 99 p. 62,9 qui *(villani)* in exercendis vineis vel -is occupantur. *in imag.:* WALTH. SPIR. Christoph. I prol. p. 65,12 scolaribus deditus agris inter multimodas contubernalium -as.

B *fines – Bereich:* **1** *strictius i. q. locus terminatus – abgesteckter Platz, Bezirk:* **a** *gener.:* VITA Richar. 8 (MGMer. VII p. 450,2) non multa bonuaria consignavit *Maurontus* in ipsa haria (*syn.* foreste). DIPL. Merov. III A 16 p. 133,8 (spur.) -am (arcam *3*) ... piscatoriam in Imgauna fluvio. CHART. Westph. VII 372 domum nostram in -a emunitatis ecclesie beati Patrocli sitam. **b** *spec.:* **α** *locus pugnandi – Kampfplatz:* CHART. Burgenl. 371 p. 253,6 (a. 1256) pugiles ... congressos ad -am ... certaminis duelli. *in imag.:* BRUNO QUERF. Adalb. A 6 in -a (arena *KH*) studii palestram exercet ingenii. MEGINFR. Emm. 7 (PL 141,977[c]) ut in hac -a certaminis ... perveniret ad palmam. **β** *statio mercatoris – Verkaufsplatz:* DECRET. Bern. 5 ut ... mercatores tempore fori publici in plateis vel allodio imperii ... sibi -as et tentoria preparent. **2** *latius:* **a** *regio – Gegend, Gebiet:* LAMB. HERSF. annal. a. 1073 p. 155,31 qualiter ... de angustiis Saxoniae in latissimam regni -am bellum traiceret *Heinricus rex.* GISLEB. ELN. inc. 1,96 quos *(monachos)* nec in exili locat -a sueta cubili. *laxiore usu:* DIPL. Otton. III. 304 p. 731,7 aecclesiastica -a ... vexatur flagitiis. **b** *amplus orbis – weiter Umkreis:* EGBERT. fec. rat. 1,1283 quam mundi miseram cum non tulit -a pestem. *laxiore usu:* CARM. libr. III 40,32 opellis ..., quibus utitur -a mundi.

C *solum, fundus – Grund und Boden, Liegenschaft:* **1** *gener.:* SIGEBOTO Paulin. 38 p. 928,38 -a ipsa brevis et monasterio adiacens palustris. CHART. Heinr. Leon. 59 p. 87,20 -am in orientali parte monasterii. CHART. episc. Hild. I 416 p. 403,36 dotalem -am, in qua sunt III mansi (CHART. march. Misn. III 78 dominicale ..., cuius -a novem mansos habere dinoscitur). CHART. Burgenl. 489 excepto fundo ... sive -a in quantitate sex iugerum. CHART. Carinth. V 408 p. 262,12 in quadam -a in castro Strazvrid. *al. de partibus fundi i. q. particula – Parzelle:* CHART. Mog. A 501 p. 404,2 (a. 1122) tres -as, quas vulgo bundas vocant (CHART. Stir. I 719 -am unam graminis, quod vocatur piunt). CHART. Rhen. inf. I 477 agros ... per -as distribuit. CHART. Basil. C I 329 p. 240,12 partem agri ... vendidit ... cum omni iure, quod sibi in eadem -a competebat. CHART. Gosl. II 197 duas -as lignorum *('Holzflecke' ed.). al.* **2** *spec. de vineis, hortis:* CHART. Tirol. 13 p. 8,13 (a. 1022/55) II -a vineorum. TRAD. Salisb. 202 -am ad vineam plantandam. CHART. Tirol. 387 -am ... nunc incultam et desertam, ... aliquando vineis bene consitam. 488 A[1] p. 276,12 vinetum cum -a, in qua iacet. CHART. Burgenl. 336 cum nos quandam -am ... pro orto parando contulissemus. CHART. Eichsf. 419 -am, que vocatur wingharde. *al.*

D *fundus cum aedificiis ibi constructis vel construendis – Hausgrundstück, Bauplatz:* **1** *strictius i. q. locus curtis, curtile – Hofstatt, 'Hofreite', 'Worth' (cf.* GLOSS. IV 196,49 St.-S. -a houastat. *al.; de re v. Dt. Rechtswb. V. p. 1354sqq.; K. S. Bader, Das mittelalterliche Dorf. 1957. p. 52sqq.):* **a** *gener.:* **α** *ruri:* CHART. Fuld. B 32 (a. 758) hereditatem meam ... in -is, terris araturiis, campis. COD. Lauresh. 603 petiolam de -a in Herimundesheim. CHART. Fuld. A 461 exceptis duabus legitimis -is (CONST. I 430,1 infra legitimas -as domuum ['*Ehofstatt*' *Bader, op. cit. p. 121*], quas hovestete vulgo vocamus, sive sint septae seu *eqs.; v. et p. 920,12*).

[*Heßler*]

***authentes** (aute-), *acc.* -en *subst.* (αὐθέντης, *cf.* αὐθεντικός) *locus praecipuus – maßgebliche (Beleg-)Stelle:* LIOS MON. 325 autenten (gloss.: autoritatem) fratres . . . sumite dicti, quoque modo . . . doceat psalmista.

***authentia**, *acc.* -αν *f.* (αὐθεντία) *potentia – Macht:* IOH. AFFLIG. mus. 10,36 auctoritatem . . . ipsi *(Graeci)* αὐθεντίαν vocant.

***authenticalis**, -e. *praecipuus – hauptsächlich, Haupt-:* LAMB. mus. quadr. p. 266^{a} antiphone sexti modi tam -es quam collaterales.

***authenticatio** (aute-), -onis *f.* 1 *rata perscriptio – gültige Ausfertigung:* CHART. Babenb. 230 p. 34,30 (a. 1220) cum aute-e privilegii et sigilli sui *(sc. marchionis)* corroboratione. 2 *ratihabitio, comprobatio – Bestätigung, Anerkennung:* CONST. II 401,7 (a. 1245) nuntii . . . pro aute-e . . . privilegiorum . . . appellarunt (*sim.* 401,8). SALIMB. chron. p. 187,6 dicit Gelasius papa in decreto suo de aute-e librorum *eqs.*

***authenticius** (auct-), -a, -um. *bene confirmatus – gut beglaubigt:* CHART. Pomm. B 864 p. 195,29 (a. 1268) ut ea, que robur firmitatis sortiri debent, scriptis auct-is *(A,* auctenticis *ed.)* . . . firmentur.

***authentico**, -avi, -atum, -are. *script.:* haute-: *p. 1280,10sq.* aucte-: *p. 1280,20.* aute-: *l. 71. p. 1280,1.4.6.8. 14. saepe.* autte-: *p. 1280,13.20.*

I *de fide:* A *confirmare – beglaubigen:* 1 *spectat ad chartas originales:* CHART. Babenb. 120 p. 157,12 (a. 1202) presens pagina . . . testium subscriptionibus et sigillorum . . . impressionibus aute-ta (CHART. Turic. 418. CHART. Carinth. IV 2079 p. 217,1 paginam . . . corroboramus et -amus). CHART. Walkenr. 178 p. 135,40 cartam sigillo . . . aute-tam. *al.* 2 *spectat ad exemplaria (originalibus adaequata):* CHART. Naumb. 422 (a. 1196/1204) rescripta ex autenticis de verbo ad verbum sumpta sigilli mei impressione aute-vi *(sc. episcopus).* ACTA imp. Böhmer 952 p. 662,13 ego . . . notarius . . . hoc exemplum ex originali sumpsi et . . . aute-vi et exemplavi atque publicavi. *al.* 3 *spectat ad dicta, facta:* CHART. Ital. Ficker 159 p. 201,24 (a. 1185) ut aute-rem *(sc. notarius)* et in publico scripto redigerem dicta testium (CHART. Bund. 434 p. 317,36 ut d. t. . . . haute-rentur. p. 324,7 haute-vi. *cf.* CHART. Ticin. 20 [ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. I p. 49,8] atestaciones). CHART. Helv. arb. 9 p. 14,37 sigillis nostris autte-antes arbitrium. FUND. Grat. Dei 7 p. 689,7 ea, que ibi iniciaverat, aute-are. *al. remissius de interrogatione publica:* CHART. Ital. Ficker 165 p. 209,32 (a. 1186) notarius hos testes aute-vit. B *publice describere – eine amtliche Abschrift herstellen:* CHART. Ital. Ficker 192,1 p. 233,27 (a. 1196) iudex . . . praecepit . . . notario, ut -ret libellum porrectum. ACTA imp. Winkelm. I 922 p. 700,24 mandata . . . generalia . . . aucte-are (autte- *a*) per manum puplicam faciatis *(sc. rationales).* C *instrumento publico firmare – amtlich beurkunden:* CHART. Tirol. notar. I 323 (a. 1236) Heinricus . . . precepit extimationem Mathei notarii aute-ari.

II *de ratihabitione:* A *comprobare, sancire – anerkennen, (ausdrücklich) bestätigen:* ODO inton. p. 117^{a} intonarium . . . a Guidone . . . examinatum, . . . approbatum et -tum. EKKEH. V. Notker. 27 p. 584^{b},33 hymnos . . ., cantilenas . . . et disciplinas, quas docuerunt *socii Notkeri,* totum -vit *papa.* CATAL. pap. (MGScript. XXII p. 363,8) confirmatus et aute-tus fuit . . . ordo Predicatorum. HUGO TRIMB. sols. prol. 2^{a},5 (ed. Langosch, Registr. p. 274) miraculorum copia, que sunt aute-ta. *al. ratum esse iubere – in Kraft setzen:* ANNAL. Erf. praed. a. 1234 p. 89,7 Gregorius *(IX.)* papa corpus novorum decretalium aute-vit veteribus reprobatis. B *dedicare – weihen:* ANNAL. Erf. praed. a. 1252 p. 112,12 instaurata et aute-ta fuit ab electo Moguntino ecclesia.

authenticus, -a, -um. (αὐθεντικός) *script.:* haute-: *p. 1282,49.* ath-: *l. 51.* atte-: *l. 57. p. 1282,50.* aucte-: *l. 59. p. 1281,4.13.18.28.44.49sq.1282,17.47.57.1283,18.* obte-: *p. 1282,44.* ute-: *l. 59.* aude-: *p. 1282,45. adde* TRAD. Weiss. 223 p. 214,10. 252 p. 244,35. aute-: *l. 47.49sq.53.56. 58.62.65.67.69sq.72. saepe.* autte-: *p. 1281,53.1283,18.* -emt-: *p. 1281,14.1282,47.*

I *de sinceritate, fide:* A *originalis, verus, incorruptus – original, echt, unverfälscht:* 1 *gener.:* EPIST. var. II 20,4 aute-os . . . libros. BERTH. (?) annal. a. 1075 p. 277,34 regulas sanctorum patrum -as. VITA Serv. 6 p. 22,4 Heth et Zammeth . . . nequaquam aute-a resonat latinitas. NOTULAE Wilh. Cong. 1174 totum aute-um est, quod ipse dixit. *al. c. sensu normae, exempli:* ALDH. ad Acirc. 122 p. 169,11 -is (ath- *N*) illustrium poetarum exemplis. EPIST. Ratisb. 8 p. 302,34 precipuorum . . . doctorum aute-a dicta. 2 *spec.:* a *de chartis sim. i. q. (bene) confirmatus – (gut) beglaubigt:* DIPL. Otton. III. 116 -o . . . praecepto. DIPL. Heinr. III. 122 novis privilegiis et scriptis aute-is ([*cf. Bresslau, Urkundenlehre.* ^{2}*I. p. 723*^{e}]. CHART. Wirt. III 732 scripto atte-o. *al.*). ACTA imp. Winkelm. I 35 p. 30,17 instrumentum aute-um. 922 p. 700,25 auctenticatis taliter *mandatis* aucte-orum (ute- *a.b*) robur . . . retenturis. *al.* b *instrumenta originalia continens – Originaldokumente enthaltend:* MIRAC. Bav. 1,1 sepius incensis . . . aute-is bibliothecis. B *fide dignus, fidus – glaubwürdig, zuverlässig:* 1 *de rebus:* a *de sigillis (cf. O. Redlich, Die Privaturkunden des Mittelalters. 1911. p. 111 sq.):* CHART. archiep. Magd. 174 (a. 1094) antistitis aute-um . . . sigillum. CHART. Turic. XIII 558^{a} p. 40,27 cum sigillum meum *(sc. mercatoris)* aute-um non sit, sigillum Wernheri prepositi . . . apponi . . . postulavi. CHART. Pomm. B 881 p. 209,3 proprium aute-um sigillum non habemus *(sc. miles).* CONR. MUR. summ. 6,6^{q} p. 475,37 aute-a non sunt *sigilla,* quibus in iudicio fidem non cogimur adhibere. *al.* b *de libris:* CONR. HIRS. dial. 901 opus suum aute-um reddere

[Häßler]

probatur *Tullius*. BERNH. PROV. comm. 4,1 p. 282,40 actor autem ut magis reddat opus suum aute-um *eqs.* CONR. SCHIR. catal. p. 626,39 quod . . . de lepra eius *(Constantini)* legitur, videtur apocrifum, quia in nullis aucte-is libris . . . reperitur. VITA Adalb. Wirz. praef. p. 12,28 in aute-is cronicis. **2** *de hominibus:* **a** *de confirmatoribus:* WALAHFR. Gall. prol. p. 281,15 iuxta scriptores -os (METELL. Quir. 19,10 dignos deducere testes aute-is scriptoribus). **b** *de consignatoribus, testibus (cf. Bresslau, op. cit. p. 93):* CHART. Rhen. med. I 310 p. 365,43 (a. 1038) testes sunt . . . dux . . ., comes . . . ceterique et palatinorum atque aecclesiasticorum necnon popularium quamplures aute-i viri (CHART. Heist. 14 p. 113,22 aucte-i et honesti v. *al.*). FUND. Sangeorg. 37 in praesentia . . . aute-arum (-emt- *c*) personarum (ACTA imp. Winkelm. II 43 p. 46,23 prelatorum et aute-arum [publicarum *b.c*] p. sigillis). **c** *de legatis i. q. plena procuratoris potestate ac fide instructus – bevollmächtigt, legitimiert:* CONST. II 386 (a. 1257) nos . . . legitimi, sollempnes et aucte-i nuncii . . . domini Ritshardi. *remissius:* COD. Udalr. 87 p. 171,28 episcopus . . . legationem vestram *(sc. imperatoris)*, quae absque litteris vestris ei venit, minus aute-am habuit.

II *de ratihabitione, iure:* **A** *probatus, ratus – anerkannt, gültig:* **1** *de rebus:* **a** *eccl.:* **α** *de ritu, disciplina:* LULL. epist. 98 p. 218,18 -is priscorum patrum formulis. ANON. Has. 11 antiphonis et responsoriis aute-is (*cf.* LIBER ordin. Patav. 6,12 p. 1002,50 -as *homelias* . . . dicimus, quas Romani [*sic*] pontifices edidisse non dubitamus). HUGO FLOR. hist. p. 355,48 contra . . . aucte-am disciplinam. ABSAL. serm. 27 p. 162^{c} ut sit *moneta usualis* . . . forma aute-a . . .; similiter necesse est, ut doctrina praelati sit aute-a, id est autoritati sanctorum patrum in nullo contraria *eqs. al.* **β** *de libris:* EKKEH. IV. cas. 47$^{in.}$ -um antiphonarium (BERNOLD. CONST. microl. 35). MIRAC. Otton. Bamb. I 12 p. 914^{b}, 14 episcopi . . . librum inter aute-a scripta reponentes. *al. de sacra scriptura:* SALOM. III. carm. 1,204 exemplum nobis -a scriptio ponit. EPIST. Ratisb. 6 p. 290,15 revolvite omnem aute-am scripturam. *al.* **b** *publ.:* BERTH. (?) annal. a. 1077 p. 295,28 quasi -a hac maiestate eum *(regem)* cunctis commendando. *v. et l. 29.* **c** *mus.:* STEPH. LEOD. vita Lamb. prol. (MGMer. VI p. 387,4) musicae artis ratione aute-a (autentia 5^{b}). GUIDO ARET. form. 4 modus *secundus* non adeo aliorum aute-am servat regulam. **d** *iur. i. q. instrumentis firmatus – verbrieft:* DIPL. Heinr. I. 43 p. 78,29 (spur.) cum *ecclesia* sit libera et res ipsius aucte-e. **2** *de hominibus sanctis:* DEDIC. Trev. (MGScript. XV p. 1270,9; c. 942) cum scrineo . . . pleno reliquiis aute-orum sanctorum. **B** *iustus – rechtmäßig:* **1** *eccl.:* CAPIT. reg. Franc. 252 p. 210,20 ex -a potestate. GREG. CAT. defens. 7 (MG Lib. Lit. II p. 539,42) principes aucte-os solitosque eclesiae. GESTA Trev. cont. I 29 electione aucte-a (aute- 5^{a}.6) cleri et populi. *al.* **2** *iur.:* TRAD. Scheftl. 325 p. 325,31 (a. 1196) quod . . . nullus . . . claustrum aliqua aute-a ratione valebit privare. CHART. Brixin. 141 ratam et autte-am esse commutationem. *potestativus – vollberechtigt:* CHART. Sangall. A 700 (a. 895) quatenus omnia . . . aute-a manu contraderem. **C** *obligans, definitus – verbindlich, ausdrücklich:* WILLIB. Bonif. 5 p. 25,26 sine apostolicae sedis consultu et -ae iussionis mandato. 8 p. 42,23 constitutionis (CONC. Karol. 37,50 ut -a constitutione . . . diei observatio . . . statuatur). BERTH. (?) annal. a. 1078 p. 308,43 -as sacrorum canonum sanctiones.

III *de honore, principatu:* **A** *de rebus:* **1** *principalis – hauptsächlich, Haupt-:* **a** *mus. (cf. M. Appel, Terminologie in den mittelalterlichen Musiktraktaten. 1935. p. 59):* ALCUIN. (?) mus. p. 26^{a},32 quatuor eorum *(tonorum)* -i vocantur; ad principium eorum sonus refertur, eo quod aliis quatuor quidam ducatus et magisterium ab eis praebeatur. p. 26^{b},18 -um . . . auctorem sive magistrum dicimus. ALIA MUSICA p. 137^{a},18 octo tropi, quorum quatuor dicuntur aute-i vel principales, reliqui plagii vel subiugales. *al. v. et p. 1169, 56.1178,8. ad normam toni principalis formatus – hauptonartig, Hauptton-:* GUIDO ARET. ign. cant. II p. 50^{a} nisi sit prolixior cantus, qui plagalem depositionem et -am elevationem habeat. ARIBO FRISING. mus. p. 31 qui *(modus hypomixolydius)* in tetrardo non potius aute-as quam plagales diligit odas. **b** *theol.:* ERCHEMB. CAS. hist. 55 Ierusolimam, quo inerat templum toto orbe -um. **2** *ad maiorem hebdomadam pertinens, Dominicus – Karwochen-, Herren- (cf. A. Thierbach, Untersuchungen zur Benennung der Kirchenfeste in den roman. Sprachen. 1951. p. 80.85):* ARNULF. MEDIOL. gest. 4,6 sabbati illius *(sc. paschalis)* aute-i . . . praerogativa. *spectat ad cenam Domini:* LIBER ordin. Rhenaug. p. 122,26 aute-um mandatum (EBO BAMB. Ott. 3,3 p. 655,2). LAND. MEDIOL. hist. II 12 p. 25,47 quasi in prima vigilia cuiuslibet aute-e noctis. **B** *de hominibus i. q. honestus, illustris – angesehen, bedeutend* (*cf.* GLOSS. I 44,16 St.-S. aute-um frumahaften. 45,16 aute-um alt): CONR. HIRS. dial. 976 ut fides habeatur sermoni, quem aute-a persona facit. CHRON. Sigeb. cont. a. 1117 (MGScript. VI p. 448,17) de aucte-is expositoribus. *cf. p. 1281,12sqq. nobilis – vornehm:* GERLAC. annal. a. 1184 p. 699,31 si hospitem secum haberet aute-um *abbas*, comedebat in caminata.

subst.: **I** *masc.:* **A** *magister magna auctoritate praeditus – maßgeblicher Lehrer:* AMALAR. ad Petr. 4 cum nostris -is (aute- *H*), quos omnis ecclesia colit, reputans apud me *eqs.* WALAHFR. exord. praef. p. 475,22 ex -orum dictis, quae adhuc attigimus. **B** *vir honestus, fide dignus – angesehener, glaubwürdiger Mann:* CHART. Eberb. 97 p. 180,13 (a. 1216) testes: . . . Heinricus . . . et alii quam plures aute-i (CHART. Rhen. med. III 170 tam de monachis quam de fratribus). CHART. Westph. IV 321 p. 217,9 licet a multis magnis et -is pluries fuerit attentatum. **C** *charta originalis – Originalurkunde:* CONC. Karol. 47 p. 588,9 utrum horum exemplorum aute-i in archivo . . . tenerentur necne.

II *fem.:* **A** *originale – Original:* NICOL. I. epist. 90 p. 496,20 haec *(exemplaria)* vel -am ipsam. *v. et l. 41.* **B** *exemplum verba originalia continens – authentische Abschrift:* CONC. Karol. 39^{c} p. 460,12 ut . . . hanc aute-am . . . transcribi percenseas *(sc. archiepiscopus).*

III *neutr.:* **A** *originale – Original:* **1** *de actis:* CONC. Merov. p. 53,6 exemplar constitutionis . . . ededi *(sc. episcopus)* et aute-um in arcivo . . . reservavi. EPIST. var. II 20,11 quod textum passionis . . . ex aute-is scriptum non habeant. NICOL. I. epist. 88 p. 483,4 actionum -a (-tiam *D*), in quibus continetur *eqs.* **2** *de chartis (confirmatis: l. 52):* LEG. Wisig. 4,5,6 p. 205,11sq. ut . . . sacerdotes . . . aute-a (autentia *V 1.2*) videant et aute-orum (obte- *E 1*) ipsorum exemplaria . . . accipiant (TRAD. Weiss. 205 p. 197,26 aude-um religimus [*sc. amanuensis*], **e.** conscripsimus. 228 p. 219,21 autemticu relegi. *al.*). CHART. Ital. Ficker 27 p. 36,28 aucte-o huius exempli vidi (CHART. Bund. 390 p. 290,21sq. CHART. Ticin. 7 [ed. L. Brentani, Cod. dipl. Tic. I p. 22,17] haute-um). CHART. Basil. A I 260 p. 401,6 (dipl.) verum atte-um reconditum est. CHART. Babenb. 174 p. 233,15 mansos . . . hoc eodem aute-o volumus *(sc. dux)* confirmari. CHART. Solod. 344 p. 192,25 aute-i copia. *saepe a s. XII.$^{ex.}$ plur. sensu sing.:* FUND. Sangeorg. 111 caetera supplenda ex -is. CHART. Turic. 396 ut . . . episcopi aute-a rescribantur. *de redituum registro:* CHART. Rhen. med. I 135 p. 157,44 (a. 1222) invenietis summam, sicut aucte-um habet. **3** *de vero sigillo:* CHART. Neocell. (Frising.) 32 (QuellErörtBayerGesch. N.F. XIX; a. 1235) paginam aute-o sigilli nostri fecimus communiri. **4** *de opere (sc. iudicato atque confirmato): v. p. 1283,43.* **B** *de Iustiniani novellarum versione latina i. q. interpretatio publica – amtliche Übersetzung, 'Authenticum' (cf. REXVII 1. p. 1167):* BURCH. URSB. chron. p. 16,8 quartus . . . liber est aute-orum, quem . . . Iustinianus . . . superaddidit. *de Irnerii excerptis codici Iustiniano suo loco insertis ('Authentiken' E. Genzmer, Atti del Congresso di Diritto Romano. I. 1934. p. 396sq.):* CHART. Tirol. notar. I 189 (a. 1236) renunciando . . . aute-o 'hoc ius porrectum' (CHART. Bern. II 492 p. 518,8 aucte-o canonizato, quod incipit 'h. i. p.'). *al.* **C** *relatio fide digna – glaubwürdiger Bericht:* ARIBO FRISING. mus. p. 47 percepimus . . . aute-a venatores folis recinentes . . . feras ad se pellexisse. **D** *dictum*

[Heßler]

(magni momenti) – (bedeutsamer) Ausspruch: AMALAR. off. 4,46 aute-um perspicuum Ambrosianum de quinquaginta diebus post pascha. *remissius:* RATHER. epist. 10 p. 50,16 puerile Terentii aute-um. **E** *decretum ratum – gültiger Beschluß:* CONST. I 385,6 (a. 1059) haec . . . et cetera . . . -um sancta synodus . . . censuit observandum. **F** *exordium – Ausgangspunkt:* AMALAR. ord. antiph. 35,7 haec denominatio *(sc. quadragesima)* in quarto loco stat a suo -o, id est a septuagesima.

adv. ***authentice.** **1** *legitime, iuste – vorschrifts-, rechtmäßig:* CHART. Rhen. med. I 247 p. 304,3 (epist. papae a. 976) quęcunque eadem cella . . . aute-e secundum legem Romanam possidet vel iure possidere debet. WIDO FERR. schism. 5$^{capit.}$ quod eum *(Heinricum IV.)* non absurde maledicto perculerit *papa*, sed aute-e. *al.* **2** *rate – in gültiger Form:* CHART. Welt. 3 p. 104,19 (a. 1128) aute-e . . . consummasse. CONST. I 279 p. 386,8 constitutionem presente privilegio . . . bulla insignito corroboramus aucte-e (autte- *B*). **3** *recte – richtig:* VITA Adalh. (MGScript. XV p. 859,33; c. 1051) qui non -e sensit de hac hystoria. **4** *ratione toni principalis – nach Art eines Haupttons:* GUIDO ARET. (?) arithm. mus. p. 59^{a} qui modus et -e et plagaliter dinoscitur.

***authentisatus** (aute-), -a, -um. *approbatus, magni aestimatus – angesehen, hochgeschätzt:* HUGO TRIMB. registr. 655 ubi *(apud Herbipolim)* non immerito sunt aute-i (autencati *R*) *libri magistri Heinrici*, cum in locis aliis sint minus usitati.

***authentius** (-cius), -a, -um. *bene confirmatus – gut beglaubigt:* CHART. Pomm. B 598 (a. 1254) que geruntur . . ., iure scriptis -ciis transmittuntur.

***authentus.** *(cf.* αὐθέντης, αὐθεντικός*) script.:* aucte-: *l. 54.57.60.* aute-: *l. 39sqq.43.46.49.51.55. form.: ?gen. sg.* -is: *l. 40. abl. sg.* -u: *l. 38. gen. pl.* -uum: *l. 41.*

I *subst. masc. (?neutr.: l. 46):* **A** *rector, magister – Leiter, Meister:* **1** *mus. de tono principali:* AUREL. REOM. mus. 2 p. 31^{b} sunt quatuor toni, scilicet -us protus . . ., -us tetradus, qui geminati ex se octo reddere videntur, quos quidam latus . . . nuncupant; . . . si volueris segregare a magistro discipulum, id est ab -u proto plagis proti, . . . non vales. HUCBALD. harm. inst. p. 115,7 autentus protus cum suo subiugali. GUIDO ARET. form. 3 p. 88^{a} autentis formas. 5 p. 94^{a} predictorum . . . autentuum. *al. v. et p. 1169,54. 1178,6.* **2** *usu communi de praeceptore:* WALTH. SPIR. Christoph. II epist. p. 10,9 quid enim autenticum sine autento? quid auctoratum sine auctore? quę perempto duce victoria? **B** *charta originalis – Originalurkunde:* CHRON. Magni cont. a. 1240 in autentis eorum *(ducum).*

II *adi.:* **A** *de principatu:* **1** *principalis – hauptsächlich, Haupt-:* HUCBALD. harm. inst. p. 116^{a},1 unusquisque tonus autentus a suo finali usque in nonum sonum ascendit; . . . plagi(u)s autem *eqs.* GUIDO ARET. micr. 12 ut . . . acutus quisque modus diceretur autentus, id est auctoralis et princeps, gravis autem plaga vocaretur. *al. v. et p. 1172,8.71. 1183,29.* **2** *regius, magnificus – königlich, herrlich:* IOH. CANAP. Adalb. 24 munus hoc auctentum (*inde* BRUNO QUERF. Adalb. B 20 autentum). **B** *de fide i. q. bene confirmatus – gut beglaubigt:* DIPL. Heinr. III. 395 (spur. s. XII.$^{ex.}$) ut eo esset . . . actio auctencior.

adv. ***authente.** *firmiter – fest:* CHART. Carniol. II 278 p. 216,16 (a. 1261) quod . . . praedia . . . monasterio donata non essent auctentius confirmata. *Heßler*

authonoma(s)tice *v.* antonomastice.

***authora** (auc(h)o-, auto-) *(f.)* (αὐθωρός) *medicamentum praesentissimum – schnell wirkendes Heilmittel (cf. P. Wirth, ALMA 24. 1954. p. 216):* ANTIDOT. Lond. p. 17,14 confectio Hadriani . . ., qui ex profundo mortis reducit . . ., quod a Grecis dicitur aucora (*sim.* ANTIDOT. Bamb. 19 p. 27,30 autora. ANTIDOT. Glasg. p. 123,12 auchora).

***autoagathon** *(n.)* (αὐτοαγαθόν) *bonum, quod per se est – das Gute an sich:* ALBERT. M. metaph. 3,2,1 p. 112,22 (ed. B. Geyer. 1960) 'nec' in talibus *(sc. immobilibus)* contingit 'aliquid esse -on' (*p. 996^{a},28* αὐτοαγαθόν), hoc est per-se-bonum (*cf.* eth. 10,1,1 p. 601^{b},37).

***autoanthropos,** *acc.* -on *m.* (αὐτοάνθρωπος) *homo, qui per se est – der Mensch an sich:* ALBERT. M. metaph. 1,5,9 p. 80,61 (ed. B. Geyer. 1960) sicut sunt 'hominis' sensibilis praedicata communia per-se-'animal et bipes' . . ., haec enim 'similiter' erunt etiam '-os' (*p. 991^{a},29* τὸ αὐτοάνθρωπος), hoc est per-se-hominis, qui est homo separatus. 3,2,3 p. 117,12 -on sive 'per se', separatum nomine et ratione, 'hominem (*p. 997^{b},8* αὐτὸ . . . ἄνθρωπον) dicunt esse'. *ibid. al. v. et l. 45.*

***autoanus** *v.* *autoonos. ***autofilus** *v.* *antofilus.

***autognomon,** *nom. pl.* -ones (*acc.* -onas) *adi.* (αὐτογνώμων) *prave versum i. q. consentiens – einmütig, dem Prinzip der Einstimmigkeit folgend:* ALBERT. M. pol. 2,9^{g} p. 182^{b},34 'non secundum litteras principari', . . . 'sed -as' (*p. 1272^{a},39* αὐτογνώμονας), id est consentientiantes, . . . non est securum. 2,10^{e} p. 189^{a},31 '-es (*p. 1273^{a},8* ὁμογνωμονῶσι) omnes', id est consentientes.

***autologia** (-tyl-), -ae *f.* (ἀντὶ λόγου, *ex prava versione*) *notio, quae per ipsum nomen datur – Begriff, der sich nur aus der Benennung selbst ergibt:* ALBERT. M. metaph. 7,1,9 p. 330,38 (ed. B. Geyer. 1964) ratio 'autylogia' (*p. 1030^{a},16* ἀντὶ λόγου ἁπλοῦ), hoc est per-se-nominatione, 'certior' *eqs.*

automatum, -i *n.* (αὐτόματον) *gen. pl.* -tum: *l. 27.*

1 *quod se ipsum movet – ein sich selbst Bewegendes:* ALBERT. M. metaph. 1,2,10 p. 27,8 (ed. B. Geyer. 1960) '-a' (*p. 983^{a},14* ταὐτόματα), hoc est per se effectus existentes et non per accidens alicuius causae. p. 27,80 ipse *(qui nihil miratur)* scit -um et prodigiorum causas. 1,3,10 p. 40,67 'neque . . .' conveniens est existimare huius *(bene esse)* causam sibi ipsis esse 'ipsa -a' (*p. 984^{b},14* αὐτομάτῳ) sive effecta *eqs.* 7,2,5 p. 344,27 (ed. B. Geyer. 1964) 'alia fiunt' a 'natura, alia' ab 'arte, alia' autem sunt '-a' (*p. 1032^{a},13* ἀπὸ ταὐτομάτου) sive per-se-facta *eqs. ibid. al.* **2** *motus, qui per se fit – Selbstbewegung, Selbstlauf:* ALBERT. M. metaph. 7,2,6 p. 346,28 (ed. B. Geyer. 1964) 'si' . . . est incohatio illa *(sc. sanandi)* 'ab -o' (*p. 1032^{b},23* ἀπὸ ταὐτομάτου) sive a per-se-fiente sive a casu vel fortuna. 7,2,10 p. 352,11 'alia sunt' simul ab 'arte et ab -o' (*p. 1034^{a},10* ἀπὸ ταὐτομάτου). *al.*

autones *v.* tautones.

autonomas(tice) *sim. v.* antonomastice. *adde ad p. 723, 33sqq.:* GLOSS. Salern. p. 3,5$^{tit.}$ de nominibus herbarum et specierum . . . et aliorum, que autonomas ponuntur.

***autoonos** (-oanus) *(m.)* (αὐτός *et* ὄνος) *asinus, qui per se est – der Esel an sich:* ALBERT. M. metaph. 3,3,22 p. 159,86 (ed. B. Geyer. 1960) quae *(principia)* nomine et ratione cum sensibilibus conveniant, sicut est autoanthropos et -os (-anus *codd.*) et Autopegasos.

***Autopegasos** *(m.)* (αὐτός *et* Πήγασος) *Pegasus, qui per se est – Pegasus an sich: v. l. 46.*

autopyrus, -a, -um. (αὐτόπυρος) *ex farina triticea non cribrata confectus – aus ungesiebtem Weizenmehl bereitet, Vollkorn-:* THEOD. CERV. chirurg. 3,11 p. 162^{E} utilior . . . est panis, si sit opyrus seu -us nec aquaticus. *v. et* *opopyrus, *opyrus.

autor *sim. v.* auctor. ***autora** *v.* *authora.

***autrio** *v.* *auctorio. **auttum(p)nus** *v.* autumnus.

Autubrius *v.* October.

***autumatio,** -onis *f.* **1** *opinio – Vermutung:* EPIST. var. II 20,8 quod Gregorius Turonensis . . . sub -e memoret (TRANSL. Dion. Ratisb. epist. p. 354^{b},9 qui testimonium . . . s. -e proferret). 21 p. 336,28 de -e Gregorii . . . iactatur. TRANSL. Dion. Ratisb. 36 p. 370^{a},26 in -e. **2** *consilium – Beratung:* GERH. AUGUST. Udalr. I 12 p. 402,4 qui *(rex)* cum eis -e facta . . . a pugna civitatis cessabat.

autumnalis (-mpn-), -e. *script.:* auct-: *l. 71. p. 1285, 13.* -una-: *l. 70.* -mpn-: *a s. XII. crebrescere videtur. form. abl. sg.* -e: TRAD. Frising. 546 tempore . . . -e.

ad autumnum pertinens, qui autumni est – herbstlich, Herbst-: **1** *gener.:* WILLIB. Bonif. 5 p. 19,25 tempus (HUGEB. Willib. 5 p. 105,4. CHART. Sangall. A 637 ut quatuor iurnales arem, . . . -unali . . . tempore duos. *saepe*). ALCUIN. epist. 86 p. 129,15 auct-i frigore. ANNAL. regni Franc. a. 820 p. 154, 16 satio. p. 154,20 venationem. CHART. Argent. I 30 in tertio

..., id est -mpnali placito. PONTIF. Rom.-Germ. p. 157a,20 usque in...synodum -em. CONSTANT. AFRIC. theor. 5,9 p. 20ar, 12 aer...inequalis sicut -is. OTTO FRISING. chron. 8,11 p. 407, 13 siccitate. LIBER ordin. Patav. 2,12 p. 963,28 -e *ieiunium* in mense VII. *al.* *comput. et astron.:* CARM. cod. Vat. (5330) 24,8 percipit Egypti -mpnali culmine regna *annus*. DIPL. Arnulfi 184 p. 285,23 ante aequinoctium -e (ALBERT. M. meteor. 3,4,7 p. 673a,39 in aequinoctio . . . -i [*p. 377a,12* μετοπωρινήν]). **2** *c. colore quodam:* **a** *autumno necessarius – im Herbst benötigt oder erforderlich:* CHART. Rhen. med. II 138 p. 181,2 (a. 1194) doliorum -mpnalium. app. 12 p. 356,20 custodes -mpnales . . . curam accipiunt. CHART. Steph. Wirz. 220 p. 230,18 ad edifficandam curiam auct-bus nostris commoditatibus oportunam. **b** *autumno messus – im Herbst geerntet: v. p. 333,26.* **c** *autumno proveniens vel natus – im Herbst ausschlüpfend oder geboren:* ALBERT. M. animal. 5,42 vernales . . . et -es (*p. 544b,10* τοῦ φθινοπώρου) pulli earum *(columbarum)* meliores quam aestivi et hyemales. 6,67 -is pullus *piscis*. **d** *autumno semina ferens – Herbstfrucht tragend: v. p. 333,29.* **e** *autumno exigendus – im Herbst zu erheben:* CHART. Westph. VII 1491 p. 680,42 (a. 1273) peticionem -mpnalem dictorum bonorum . . . colligere (CHART. Altenberg. 324 p. 232,32. *ibid. al.*). **f** *autumno reddendus vel praestandus – im Herbst zu liefern oder zu leisten:* CHART. Rhen. med. III 5 p. 7,23 (a. 1213) ne -mpnales hame . . . exigantur. REGISTR. Patav. I p. 57,3 pro angariis . . . -mpnalibus X sol.

***autumnatus,** -us *m.* *plur. i. q. autumnalis ubertas vel mors – herbstliche Fülle oder Absterben:* ANON. astrolab. p. 372,3 annua recursione . . . orbem . . . Iunoniis viduat -bus.

autumnitas, -atis *f.* *tempus autumni – Herbst(zeit):* FUND. Aquic. (MGScript. XIV p. 583,8; s. XII.2) in plenitudine temulentae -is, VII. idus Octobris.

autumno, -avi, -are. **1** *proprie:* **a** *autumnum degere – den Herbst verbringen:* ADALBOLD. Heinr. 28 ibi -vit *rex*. BERTH. (?) annal. a. 1079 p. 323,19 Heinricus . . . per totam circum circa errabundus Bawariam -ando. **b** *autumno maturescere – herbstlich reifen:* METELL. Quir. 7,46 flos vernans pueris iunior aestuat, -ando senes decrepitos . . . hiemat. **2** *in imag. i. q. decerpere – ernten:* VITA Deic. 42 (15) ut res, quas fidelium largitas . . . concessit, . . . sibi -rent (-uma- 2.3) *episcopi*.

autumnus (-mpn-), -i *m.* *script.:* at-: *l. 58.* auct-: *l. 66.72. adde* CHART. Eberb. 417 p. 193,4 auctumpno. autt-: *l. 55.70. adde* HERM. ALTAH. annal. a. 1272 auttumpno. -unn-: CHART. Tirol. 672 p. 127,34. -upn-: CHART. Tirol. 672 p. 128,25. -mpn-: *a s. XII. crebrescere videtur.* -i(us): *l. 58.65.* *usu adi.: l. 55.*

I *anni tempus medium inter aestatem et hiemem, tempus messis – Jahreszeit zwischen Sommer und Winter, Erntezeit, Herbst:* **A** *gener.:* **1** *proprie:* ALDH. virg. I 9 p. 237,24 adventante -i fervore. BEDA (?) mus. p. 911A quatuor . . . sunt tempora, . . . hiems, . . . ver, . . . aestas, φθινόπωρον -us; hiems comparatur aquae, -us terrae. COD. Karol. 37 p. 549,32 preterito auttumni tempore (55 p. 578,17 hoc -o t. POETA Saxo 3,170. *al.*). HRABAN. carm. 37,3 -us conferet umbras. EINH. Karol. 30 quod reliquum erat -i (*inde* BENED. ANDR. chron. p. 123,2 atumnii). WANDALB. mens. 175 sub primis -i . . . pruinis. WIPO gest. 38 -o Burgundiam adiit. ALBERT. M. animal. 6,67 ille *(modus galeon)* . . . pullificat in -o (*p. 566a,21* τοῦ μετοπώρου). *saepe.* **2** *alleg.:* HRABAN. univ. 10,11 p. 303B -us . . . tempus est messis . . ., tempus universalis iudicii significat (p. 303C transacta salutis tempora). **B** *spec.:* **1** *iur.:* LEX Baiuv. 8,20 per singulos annos, id est -us (-o, -um, -is, -os, -ios *sim. var. l.*), singulum solidum solvant. CHART. Rhen. med. I 135,46 p. 170,27 seminare auctumpno. 235 p. 292,12 prestare . . . curtim . . . cum omnibus appendiciis suis pretermissis . . . angariis in -o. DIPL. Heinr. IV. 487 p. 663,43 a pascha usque ad -um . . . dare . . . salmonem. CHART. Tirol. 584 p. 63,4 cum in auttumpno de Montanis redierit *cellerarius*. CHART. Rhen. med. III 1501 tantum olei annuatim post auctumpnum comparatur, ut *eqs. saepe.* **2** *medic.:* ANTIDOT. Lond. p. 17,34 accipiendo . . . est -i tempore *antidotum* (ANTIDOT. Berolin. 12 accipiendum est vernum et -um, estate semel aut bis. ANTIDOT. Bamb. 44 vernum et -u. *al.*). *remissius:* BRUNO QUERF. fratr. 2 p. 718,26 -us venit, qui morbos generare solet. **3** *comput.:* BEDA temp. rat. 11,73 *(de anno Aegyptiorum)* sumpto ab -i tempore primordio. WALAHFR. carm. 89,2,4 Augustus septem -o dat fervidus idus (*cf.* WANDALB. martyr. 470). WANDALB. mens. 306 hoc mense *(sc. Novembri)* -us hiemi decedere . . . incipit. *al.*

II *meton. i. q. labores autumnales – Herbstarbeiten:* CONST. II 338 p. 447,13 (a. 1242) dedit ad expensam messis et -i VI marcas *burgravius*.

autumo, -avi, -are. *script.:* auct-: GLOSS. IV 213,1 St.-S. autt-: *l. 38.*

I *dicere, affirmare – sagen, erklären:* **A** *gener.:* WETT. Gall. 26 nescire se viam -vit. 29 p. 273,14 supplicabat -ando se . . . esse derelictum, si *eqs.* **B** *c. colore quodam:* **1** *nominare – nennen:* TRAD. Scheftl. 10 p. 15,12 (c. 782) secus flumine . . ., quam -ant coloni illius Isuram. **2** *consiliari – sich beraten:* GERH. AUGUST. Udalr. I 25 p. 410,37 -are cum eis *(monachis)* . . . provide coepit, quomodo *eqs.*

II *existimare, putare, arbitrari – meinen, glauben, halten für (cf.* GLOSS. IV 38,51 St.-S. -ant ahtont [*c*], bathot [*e*]. *al.*): **A** *gener.:* **1** *absol.:* EPIST. Aldh. 7 p. 496,29 ut -o. **2** *c. acc.:* GODESC. SAXO theol. 6 p. 132,1 quid . . . de illa possumus sybilla -are. **3** *c. acc. c. inf. vel acc. dupl.:* AMALAR. bapt. 35 -amus per scapulas designari fortia opera hominum. WETT. Gall. 34 intimandum -o. VITA Liutb. 18 quam *(sufficientiam)* summum -at bonum *latro*. CHART. Naumb. 155 se voti sui compotes effectos recte -ant *praelati*. HELM. chron. 52 p. 103,21 sceleratissimos . . . cruci subfigendos -ant. *al.* **4** *pendet* si: CHART. archiep. Magd. 338 p. 444, 2 (a. 1172) utile -amus, si *eqs.* **B** *c. colore quodam:* **1** *sibi persuasum esse – überzeugt sein:* OTTO FRISING. gest. 2,6 p. 106,30 curia . . . sibi concessum -at, quod *eqs.* **2** *rectum putare – für richtig halten:* COD. Karol. 95 p. 638,6 quomodo . . . auttumant heretici filium Dei adoptivum dicere? **3** *sperare, exspectare – hoffen, erwarten:* DIPL. Conr. II. 291 p. 412,31 divinam nobis maiestatem . . . conciliari aliquantisper -amus. CONST. III 115,4 -antes . . ., quod *eqs.* **4** *suspectum reddere – verdächtigen:* ALDH. epist. 5 p. 493,13 neu . . . Scotticos sciolos . . . sugillare a quoquam -er. **5** *conicere – vermuten:* AETHICUS ISTER 35 ultra . . . illas *(insulas)* nullas -at. THIETM. chron. 5,7 alii -ant . . . ob contumeliam . . . haec eos incepisse. *al.* **6** *falso opinari, imaginari – zu Unrecht halten für, sich einbilden:* ALDH. virg. I 50 p. 306,12 -ans incassum, quod . . . necromantia ludificaretur. BEDA hist. eccl. 3,14 p. 155,18 ipsum sibi amicissimum -bat. 3,25 p. 186, 14 ut -atis. *al.* WETT. Gall. 16 audiens Gallum nominari -bat de pullo dici. THIETM. chron. 7,32 stulti quique sic esse -ant. *al.*

autu(m)pnus, autumnus *sim. v.* autumnus.

***auturicium** *v.* *auctoricium.

***autylogia** *v.* *autologia. ***auva** *v.* *augia.

avulsio, -onis *f.* **1** *gener. i. q. separatio – Trennung:* DAVID compos. 3,63,4 delectabiliter Deo valet inhaerere, ut -o ab huiusmodi quiete sit ei desolatio. **2** *iur. i. q. (iniusta) ablatio, alienatio – (ungerechte) Wegnahme, Entfremdung:* CHART. Rhen. med. II 23 p. 61,2 (a. 1174) de mansis . . . -e possessionum mutilati[u]s. CHART. Berg. Magd. 53 predia ecclesiarum vetustate temporum in -em non debent revocari. CHART. Livon. A I 407 quod nullae hereditates . . . possint . . . praetextu -is . . . vendicari. *expressius i. q. facultas alienationis – Möglichkeit der Entfremdung:* DIPL. Otton. III. 26 ut . . . villa ad . . . ecclesiam . . . perpetualiter sine -e consistat (CHART. episc. Hild. I 60 p. 53,13 s. -e omnium mortalium).

avulsor, -oris *m.* *exspoliator – einer der beraubt:* GERHOH. ad Innoc. p. 210,2 apostolicae vitae -es aut aecclesiasticarum rerum primi alienatores (p. 212,39).

avunculus, -i *m.* *script.:* hab-: *p. 1287,38. adde* DIPL. Merov. I 70 p. 62,37 habuncolus. ouun-: TRAD. Corb. 349

[Schmidt]

(a. 826/36). adv-: CHART. civ. Halb. 81 *cod. (bis)*. ab-: *l. 31. p. 1286,71. adde* CONC. Merov. p. 68,4 abonculi. DIPL. Merov. I 82 p. 73,24 abuncoli. *al.* af-: CHART. scrin. Col. A II p. 227,11sq. afû- *(bis)*. ag-: PIRMIN. scar. 16 p. 48,11 *cod. C.* aunc-: LEX Sal. Karol. 14,16 *cod. K 65* (avinc- *K 49*). avinc-: *l. 5.43.63. adde* ANNAL. Fuld. II a. 885 p. 103,12 (aiunc- *cod.*). THIETM. chron. 7,27. ADAM gest. 2,29 p. 89,16 *cod. A 1. al.* -onc-: *l. 2.47.54. adde* CHART. Laus. 71. CHART. Lux. III 301. *al.* -cl-: ABBO SANGERM. bell. 1,455. -col-: *l. 3.31sq. p. 1286,72. al.*

I *de fratre parentum i. q. thius – Onkel:* **A** *strictius de fratre matris (cf.* GLOSS. III 67,7 St.-S. -us oheim. 363,64 -us oem. *al.):* **1** *gener.:* ALDH. ad Acirc. 2 p. 69,5 remeans ab -o *(sc. Laban) Iacob.* FORM. Sangall. I 16 testes . . . adhibeo . . . -os et -orum filios . . ., patruos et patrueles meos. WALTHARIUS 848. GERH. AUGUST. Udalr. I 3 p. 389,27 ab -o suo episcopo imperatori praesentatus *Adalbero.* THIETM. chron. 4,22 tres -os meos cum . . . patruo meo. WIPO gest. 29 p. 47,8 Ruodolfus *(III.)*, rex Burgundiae, -us Giselae imperatricis. OTTO FRISING. gest. 2,7 inter . . . Heinricum, patruum suum, et itidem Heinricum *(sc. Leonem)*, -i sui filium. TRAD. Scheftl. 178 predium matris mee et -i mei . . . et materterę meę. CHRON. Erf. mod. I a. 1134 p. 170,32 -um meum, patrui tui . . . filium. *saepissime. in nom. propr.:* COD. Lauresh. 3813 p. 261,16 (c. 1200) Cunradus A-us. *de matris fratre ex matre vel patre tantum genito:* OTTO FRISING. gest. 1,46 Lodewicus . . . ducens secum . . . Amedeum . . . fratremque eius Willehelmum . . ., -os suos. **2** *iur.:* LEG. Burgund. Rom. 22,9 nepotes vel neptes ex filia cum -is vel materteris . . . in bisse debere succedere (*cf.* FORM. Marculfi 2,10 per lege cum . . . abuncolis [abuncul- *A 3*] vestris in alode mea accedere). LEX Sal. Merov. 44,9 -us (-col- *C5*), frater matris. LEG. Wisig. 2,4,13 patrui, amite, -i . . . testimonium dicere non admittantur. LEX Alam. 40 occidere . . . -um (CAPIT. reg. Franc. 33,37). *saepe.* **B** *latius:* **1** *de fratre patris, patruo:* **a** *gener.:* PASS. Leod. 8 (MGMer. V p. 290,13) quod reginam, quam habebat coniugem, filia sui esset -i. DIPL. Merov. I 61 habuncoli nostri *(sc. Chlodovei III.)* Chlotharius et Chyldericus. ANNAL. regni Franc. a. 773 p. 36,3 misit Bernehardum -um (patruo ANNAL. Einh.) suum *Carolus rex.* DIPL. Karoli III. 188 p. 315,38 (spur.) ab -o nostro Karolo *(II.)* imperatore, fratre patris nostri. REGINO chron. a. 853 p. 76,27 Drogoni, episcopo Mettensi, -o (avinc- *B 1.3*, patruo *A*) . . . suo *(sc. Pippini)*. CHART. Bund. 298 per voluntatem patris mei et -i mei Adalberti. *saepe.* **b** *iur.:* LEX Sal. Merov. decr. Child. 1,1 ut nepotes ex filio vel filia mortuo patre vel matre ad aviaticas res cum -us (-o *A 17*, avoncolo LEX Sal. Pipp. [*D 9*]) vel amitas . . . venirent. FORM. Sal. Lind. 12 equalem partem contra -os vestros . . . sicut pater vester . . . accipere debeatis. **2** *de fratre avi vel aviae:* FORM. Sangall. II 43 p. 425,37 cum archiepiscopo Magontino . . ., successore maioris -i vestri Salomonis. DIPL. Heinr. II. 320 p. 402,1 -us noster Otto *(I.)* maior. DIPL. Heinr. III. 134 p. 170,9 rex Rodulphus *(III.)* bone memorie -us (avonc- *B*) noster.

II *de variis aliis cognatis matris, uxoris vel sororis (num auctores medii aevi de vera affinitatis ratione semper sibi conscii fuerint, non liquet):* **A** *avus maternus – Großvater mütterlicherseits:* OTTO SANBLAS. chron. 23 p. 35,26 Thomas . . . archiepiscopus a rege Anglorum Heinrico (*cod. 1 m.²* *in margine:* iste fuit -us Ottonis . . . imperatoris) . . . pulsus. **B** *maritus sororis matris – angeheirateter Onkel:* EPIST. Wibald. 244 -o (avinc- *cod.*) suo . . ., Grecorum imperatori, H(einricus) . . . Romanorum rex *eqs.* **C** *maritus sororis uxoris – Schwager:* COSMAS chron. 3,41 p. 213,19 Bolezlaus -o suo Wladizlao precarias mittit litteras. **D** *filius fratris matris – Vetter:* GISLEB. MONT. chron. 109 p. 160,3 Gerardo . . ., imperatricis -o. **E** *filius sororis – Schwestersohn, Neffe:* ANNAL. Rup. Salisb. II a. 1268 dux Ludwicus relicto -o suo Chunradino a Verona revertitur. *fort. add.:* CHART. Anhalt. II 370 -i nostri Otto et Henricus *testes sunt.*

***avursam** *v.* 1. *avorsus.

avus, -i *m. form. dat. pl.* -ibus: HIST. Aret. 8 (MGScript. XXX p. 1481,5; a. 1095/99).

1 *strictius i. q. patris vel matris pater – Großvater (cf.* GLOSS. III 426,9 St.-S. -us ano. 715,22 ancho. *al.):* **a** *gener.:* FORM. Sal. Merk. 24 dulcissimis nepotis meis . . . ego -us vester. TRAD. Frising. 514 de suo -o et matre servum . . . esse. DIPL. Karoli III. 140 p. 226,21 -us noster Ludovicus piissimus. THANGM. Bernw. 2 p. 759,22 imbecillis -i infirmitatem sustentare. CHART. Heinr. Leon. 8 gloriosissimo -o nostro imperatori Lothario. CHART. Carniol. II 41 -um suum et patrem quondam ius patronatus habuisse. ACTA imp. Winkelm. I 576 p. 462,1 -us maternus. *saepissime. in nom. propr.:* REGISTR. Patav. I p. 40,4 Perhtoldus de Lonsperch dictus Avus. *abavus – Urgroßvater:* EPITAPH. Luc. 3,6 (MGPoet. IV p. 1008; c. 925) Karolus ipse, pius rex, fuit eius *(Berthae)* -us. *fort. i. q. proavus – viell.: Urgroßvater:* NOTKER. BALB. gest. 2,12 p. 70,19 cum . . . sanctissimus -us imperii vestri *(sc. Karoli III.)* vita decederet *(cf. notam ed.).* **b** *iur.:* LEG. Burgund. Rom. 10,6 si defunctus nec matrem habuerit . . . nec nepotes, -us ei paternus aviaque paterna succedant (LEG. Wisig. 4,2,6 -um paternum aut maternum). const. I 59 nepos amisso patre . . . ad -i (avio *A 4*, avii *B 7*) ordinationem . . . conferatur. LEG. Wisig. 3,5,1 -i (avii *R 1*) . . . vel avie. CAPIT. reg. Franc. 138,6 -us vel pater. *al. adde:* WIDUK. gest. 2,10 si forte patres eorum obissent -is superstitibus *eqs. plur. i. q. patris vel matris parentes – Großeltern:* LEG. Burgund. Rom. 10,4 si . . . nepotibus conpetens portio ab -is . . . non dimittitur. 22,9 in nuptialibus . . . -orum donationibus.

2 *latius plur. i. q. maiores, progenitores – (Vor-)Väter, Ahnen:* **a** *gener.:* ALDH. virg. II 650 -i glomerantur -orum. TRAD. Scheftl. 10 p. 15,17 ab -is atque protavis hereditarios consistunt. DIPL. Karoli III. 168 -orum nostrorum augustorum piique genitoris nostri conscripta. POETA Saxo 5,118 carmina . . . eius -os et proavos celebrant. WALTH. SPIR. Christoph. II 2,7 dum . . . Samon dicione teneret -orum *Dagnus.* CARM. de Frid. I. imp. 2945 dux Henricus, -is pollens. TRAD. Ratisb. 910 p. 449,5 ab antiqua -orum suorum progenie. *al. v. et p. 1122,47.70. 1123,3. de patriarchis veteris testamenti:* WALAHFR. imag. Tetr. 177 cum pulchra Rachel solamen -orum Beniamin . . . produceret. *de patribus ecclesiae:* CAND. FULD. Eigil. II 10,55 Aeigil . . . gravis veterum scrutator -orum *(cf. Verg. Aen. 7,177). de quibusdam alchimicis:* ANON. tab. p. 163,2 quidam sapientes, quos vocant -os mundi, dixerunt: vas supra vas. **b** *zool. i. q. masculini et feminei sexus ascendentes – männliche und weibliche Vorfahren:* ALBERT. M. animal. 18,30 quidam *natorum* ita parentibus *assimilantur*, quod non -is (*p. 767ᵇ,2* προγόνοις) sunt similes. 18,33 virtus . . . -orum est in membris pronepotum usque ad quartam generationem. *Schmidt*

***avusur(e)** *v.* *amiscer(e).

***aux,** -gis *f. (arab.* ʾauğ, *cf. Lokotsch, Etym. Wb. d. Wörter orient. Ursprr. nr. 135) ?nom. sg.* -ges: *l. 59.62.*

t. t. astron. i. q. summa (vel infima) pars circuli sideris, ἀπόγειον *– höchster (oder tiefster) Teil der Bahn eines Gestirns, Erdferne:* **1** *strictius:* ALBERT. M. epist. Dion. 7,4ᴰ p. 918ᵇ,20 habet *circulus solis* . . . motum -is, id est, summe elevans a centro terrae. 7,4ᶠ p. 920ᵇ,44 -x circuli lunae. cael. 1,1,11 p. 36ᵃ,26sqq. -es unius *planetae* vertitur contra minorem elevationem alterius et aliquando vertitur contra oppositum -is inferioris. caus. element. 1,2,12 p. 628ᵇ, 7sqq. -es . . . planetarum movetur in centum annis uno gradu praeter -em lunae, et ideo diu currit orbis, antequam exorbitet, ut conveniant tres -es planetarum calidorum. animal. 5,52 in quolibet mense luna bis est in -e. metaph. 11,2,23 p. 512,57 (ed. B. Geyer. 1964) concentrici circuli non habent -es et absides, sed ubique est in aequali elevatione et depressione astrum. *ibid. al. v. et supra p. 49,45. astrol.:* CARM. de Cunone 63 Mars . . . in -e velud pira stridet. -x solis *i. q. tempus solstitii aestivalis – Zeit der Sommersonnenwende:* ALBERT. M. veget. 6,402 *crassula* circa -em solis collecta. **2** *latius de circulo sideris:* ALBERT. M. caus. element. 1,2,12 p. 628ᵃ,49

[Humperdinck]

si aliae stellae frigidae sunt in superiori parte -ium suarum, istae *calidae* autem in inferiori.

auxesis (-xitis), *acc.* -in *f.* (αὔξησις) **1** *proprie i. q. accretio, ampliatio – Wachstum, Vergrößerung:* Gloss. med. cod. Leninopol. p. 272,7 (vs.) quid . . . auxitis (gloss.: incrementum corporis) *signet.* Thiofr. Willibr. I A 24 p. 474[F] adauctum inventum est *marmor sarcophagi;* . . . inaudita marmoris huius -is . . . mentes . . . reparavit. **2** *translate i. q. provectio – Steigerung:* Thiofr. Willibr. I A 8 in -in glorię et profectum sanctę ęcclesię. *v. et* 1. *auxis.

***auxies** *adv. (cf.* auctius *sim.?) ? amplius – ? in vermehrtem Umfang:* Annal. Ianuens. I p. 83,18 Sarraceni . . . debebant eis dare miliaria marabotinorum centum et -s exinde dederant.

***auxile** *v.* 1. *assile. *adde:* Trad. Weiss. app. I 240 (c. s. IX./X.) solvitur . . . auxilia c.

***auxiliabilis**, -e. *qui adiuvari potest – einer der unterstützt werden kann:* Albert. M. pol. 7,4[c] p. 656[b],30 'regionem esse . . . facile -em' (*p. 1327[a],3* εὐβοήθητον).

***auxiliamen**, -inis *n. adiutorium – Hilfe:* Vita Sym. Ach. 2 (MGScript. IV p. 445*,35; s. X.[med.]) cui tu me -is causa misisti.

*?***auxiliantia**, -ae *f. adiutorium – Hilfe:* Dipl. Otton. I. 97 Otto divina ⌊auxiliante clementia⌋ (⌊⌋ auxiliantia *B*) rex.

auxiliaris, -e. **1** *adi. i. q. adiuvans, auxiliarius – helfend, Hilfs-:* Ruotg. Brun. 36 p. 37,5 fratri . . . cum -bus copiis . . . occurrere (41 p. 43,23). Otto Bamb. epist. 22 p. 1332[A] (chart.) in -e patrocinium sanctorum *monasterium* dedicavi. **2** *subst. masc. plur. i. q. adiutores, milites auxiliarii – Helfer, Hilfstruppen:* Annal. Einh. a. 798 p. 105,4 Abodriti -es (auxiliatores *var. l.*) Francorum semper fuerunt, ex quo semel ab eis in societatem recepti sunt. Einh. Karol. 12 Saxones velut -es (auxiliatores *var. l.*) . . . militabant.

auxiliarius, -a, -um. **I** *adi.:* **A** *gener. i. q. adiuvans – helfend:* Berth. (?) annal. a. 1077 p. 290,41 nullam vel in verbi unius saltem -a inpensiuncula ipsi compassionem exhibuit. **B** *publ. et milit. i. q. foederatus, subsidiarius – verbündet, Hilfs-:* Widuk. gest. 1,14 parte . . . agrorum cum amicis -is vel manumissis distributa. Berth.(?) annal. a. 1077 p. 299,40 militum suorum Alemannorum cuneos praestolatus -os *rex.* p. 301,31 cohortibus. a. 1078 p. 312,8 collectis . . . -is militaribus suis copiis. Otto Sanblas. chron. 22 p. 32,1 confluentibus . . . ad eum *(imperatorem)* civitatibus -is.

II *subst. masc. i. q. adiutor – Helfer:* **A** *gener. i. q. fautor – Anhänger:* Annal. Ratisb. fragm. a. 1085 (MGScript. XIII p. 49,16) dum . . . presul . . . suique -i . . . neminem nisi Deum debere . . . caesarem deponere diffinirent. Caes. Heist. mirac. I 10,23 p. 236,4 tertius *rex Romanus* Otto fuit, a Coloniensi archiepiscopo eiusque -is substitutus. *in malam partem i. q. satelles – Helfershelfer:* Sigeb. Gembl. Lamb. 19 (MGMer. VI p. 402,2) socios aggregat *Dodo Lambertum occisurus,* a domo etiam regia . . . evocat -os. Caes. Heist. mirac. I 10,18 p. 231,15 sicut ipse cum suis -is condixerat. Engelb. 1,4 p. 240,18 suscitavit *diabolus* ei adversarios . . . eorumque cognatos et -os. **B** *spec.:* **1** *publ. et milit. i. q. socius – Verbündeter (plur. saepe i. q. auxilia – Hilfstruppen):* Beda hist. eccl. 1,1 p. 12,9 siqui restiterit, nobis -is utimini. Widuk. gest. 2,3 p. 69,15 Asic . . . cum Saxonibus et caeteris -is . . . in hostes ruit. Berth. (?) annal. a. 1077 p. 294,31 postquam sibi Longobardos . . . suae voluntati consentaneos -os et prorsus individuos . . . conduxerat. p. 294,45 -orum militiam. Helm. chron. 99 p. 195,8 quod hostes multi, -i vero essent pauci. *al.* **2** *iur. de adminiculatore exsecutoris:* Chart. Babenb. 207 p. 10,34 (a. 1217) -os sibi de nostris *(sc. ducis)* . . . assumendos esse mandamus. **3** *eccl. de administro bibliothecarii:* Chart. Rhen. med. I 378 p. 436,44 (a. 1083) scripsit frater Gozpertus, noster quidem -us, beati vero Martini benignus ebdomadarius.

auxiliatio, -onis *f. adiutorium – Hilfe (leistung):* Trad. Frising. 10 (a. 757) ut nulla inquisitio ab heredibus meis fieri possit nisi supernę pietatis -o. Albert. M. eth. 8,3,13 p. 558[a], 13 humanum . . . est non expelli a patre talem -em (*p. 1163[b],24* ἐπικουρίαν), quam potest impendere filio.

***auxiliativus**, -a, -um. *idoneus ad adiuvandum – fähig zu helfen:* Albert. M. pol. 2,4[f] p. 139[b],7 'ad modicas iniurias -us (*p. 1267[a],16* βοηθητικός) solum modus Phaleae' politiae.

auxiliator, -oris *m. usu attrib.: l. 12.21.23.*

